



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

Fargna, Francesco de
Romæ, MDCCXVIII

Canon XXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72203)

Commentaria ad singulos Canones
 C A N O N X X V.
 ALEXANDER III.

Significasti. Et infra: Si Episcopi post promotionem suam, præsentationes Personarum ad Ecclesias, à Patronis earum, pro Ecclesiis sibi commissis, adepti fuerint: Personæ Idoneæ, quas ad eas vacantes præsentaverint, sunt admit- tendæ.

C O M M E N T A R I U M .

EX hoc Canone, qui in Decretalibus legitur in ordine il 18. deducuntur sequentes Conclusiones.

Prima: EPISCOPUS HABENS JVPATRONATUS IN ECCLESIA ALTERIUS DIOECESIS DEBENT IN ILLA PRÆSENTARE PERSONAM IDONEAM, ET HÆC INSTITUI AB EPISCOPO ILLIUS DIOECESIS.

Secunda: PRÆSENTATIO FIERI DEBET ECCLESIA VACANTE, ALIAS ESSET NULLA -- Ita Innocent. Abbas, Anan., Butr., Barbof., Gonzal. hic. Hanc ultimam Conclusionem probat etiam Textus in Can. Illud de quo supra Can. XVI., & Textus in cap. fin. de concess. præben. ibi -- Cum dilecta in Christo filia Comitissa Flandren. fecerit promissiones de non vacantibus Beneficiis Ecclesiarum, in quibus jus obtinet Patronatus, & donationes eorum in manibus posuerint alienis, mandamus, quatenus id irritum decernentes inbibeat is eidem ne similia de cetero attentare præsumat -- Ibiq. Abb. nu. 1. Anan. nu. 1. Butr. nu. 1. Barbof. num. 1. Gonzal. num. 2. Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 1. quæst. 4. art. 2. num. 1., Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 6. num. 1., & seqq. Card. de Luc. de jurepatr. disc. 64. num. 34., Marefcot. var. resol. cap. 33. nu. 1. lib. 2. Rot. dec. 46. num. 6. par. 12. recen., & in Romana Cappellania 19. Aprilis 1709. S. Ipse coram bon. mem. Caffarelli superius impress. Canon. XXI. Cas. II. num. 8.

1 Ratio autem secundæ Conclusionis desumitur ex Text. in cap. nulla de concess. præben. Quia si Patronus posset præsentare, aut nominare ad Beneficium nondum vacans; daretur occasio taliter præsentato, aut nominato desiderandi mortem illius, in cujus locum se credit successurum, quoddamquam turpe, & contra bonos mores etiam à Gentilibus improbatum ibi -- Nulla Ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia, vel Ecclesia tribuantur alicui, seu promittantur, antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximo videantur, in cujus locum, & Beneficium se crediderint successurum. Cum enim in ipsis etiam legibus gentilium inveniatur inhibitorium, turpe est, & divini plenum animadversione judicii, si locum in Ecclesia Dei futura successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt.

2 Ratio autem ulterior desumitur à paritate carnalis conjugii. Sicut enim in matrimonio carnali non potest quis ducere in uxorem mulierem illam, nec hæc promitti cujus vir adhuc vivit, ita in matrimonio spiritali intercedente inter Beneficium, seu Ecclesiam, & ejus Rectorem, non potest quis obtineri, & præsentari ad illud Beneficium, seu Ecclesiam, cujus Rector adhuc non sit defunctus; Ecclesia namque pluries nequit habere Prælatos, seu Rectores, ad Text. in cap. Cum non ignores de præben. Fagnan. in dicto capitulo Nulla de concess. præben. num. 17., ibique Gonzalez. num. 12.

Quoad primam conclusionem jam nonnulla supra tetigimus Can. I., & II. Cas. XV. n. 9. & Canon. IV. V. VI. VII. & VIII. Cas. IV. num. 3. Quoad verò secundam sequentes differuntur Casus.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Quibus, & quot modis vacet Beneficium de Jurepatronatus?

SUMMARIUM.

- 1 Vacatio cujuscunque Beneficii contingere potest multipliciter.
- 2 Beneficium de jurepatronatus vacat per obitum Beneficiarii, sed limita ut ibi -- Vacat etiam per renunciationem, aut resignationem, ut n. 3.
- 4 Renunciatio, seu resignatio Beneficii quod simplex sit?
- 5 Beneficium vacat per affecutionem alterius incompatibilis.
- 6 Vacatio Beneficii per affecutionem secundi incompatibilis, ad hoc ut sit valida, quae requirantur?
- 7 Beneficium vacat ob promotionem Beneficiarii ad Episcopatum, aut ad Abbatiam habentem jurisdictionem quasi Episcopalem, sed intellige, ut ibi.
- 8 Beneficium vacat ob contractum matrimonii, sed ad hujusmodi vacationem, quae requirantur? vide n. 9.
- 10 Beneficium vacat per ingressum Beneficiarii in Religionem
- 11 Beneficium vacat per privationem, seu depositionem Beneficiarii
- 12 Quae sint delicta, propter quae Beneficiarius remaneat privus ipso jure Beneficio, & quae sint illa, propter quae non ipso jure Beneficiarius remaneat privus, sed sit per sententiam privandus? Et num. 3.

CASVS I.

Cum juxta secundam conclusionem praesentatio fieri non possit, nisi Beneficio vacante Congruum hic duxi quære, quibus, & quot modis vacet Beneficium de Jurepatronatus?

- 1 Vacatio cujuscunque Beneficii contingere potest de facto, & de jure, vel de jure, & non de facto; vel è contra de facto, & non de jure. Specialiter autem Beneficium de Jurepatronatus vacat.
- 2 Primò per obitum Beneficiarii, juxta Text. in cap. susceptum de rescript. in 6., ibique Gemin. num. 6., Dummodo Beneficium non sit suppressum, aut subiective unitum mensæ Episcopali, aut Capitulo, aut Dignitati, tunc enim Beneficium sic uni-

Par. II.

tum non dicitur vacare per obitum, quia Beneficiarius in hoc casu dicitur potius usufructuarius, quàm Rector, Gonzal. super regul. 7. Cancell. glos. 15. n. 7. Garz. de Benef. par. II. cap. 2. n. 3.

- 3 Vacat secundò per renunciationem, aut resignationem, per hoc scilicet, quod Beneficiarius, renunciet, & resignet Beneficium, per quam renunciationem Beneficiarius amittit proprietatem, & possessionem Beneficii, Paris. de resignat. Benefic. lib. I. quæst. 5. Gabriel. consil. 190. num. 1., Garz. de Benefic. par. II. cap. 3. num. 1.

- 4 Renunciatio, seu resignatio Beneficii alia est simplex, scilicet quando Beneficiarius purè, & simpliciter resignat Beneficium in manibus Superioris; alia est conditionalis, seu in favorem, nimirum, quando Beneficium renunciatur, & resignatur favore alicujus, cum vel sinè reservatione pensionis favore renunciantis, et alia est reciproca, videlicet quando unus Beneficiarius renunciat suum Beneficium favore alterius; Et hic renunciat etiam suum Beneficium favore primi, quæ renunciatio dicitur etiam ex causa permutationis, seu permutatio, Text. in cap. I. de rerum permut., & in Clement. I. eodem tit., sed de hoc modo vacationis Beneficii dicam plenius infra Par. VI.

- 5 Vacat tertio Beneficium per affecutionem alterius incompatibilis, juxta Text. in cap. referente 7. cap. praterea 14. cap. de multa 28. de præben. cap. quia nonnulli de Cleric. non resid., & Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 4. Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. I. q. 6. art. 16. num. 1.
- 6 Ad validitatem autem hujus vacationis per affecutionem secundi incompatibilis, non sufficit sola collatio, & acceptatio ejus, sed requiritur adeptio possessionis secundi, & quidem pacificæ, vel quòd per provisum stet, quo minus eam adipiscatur, juxta Text. in cap. de multa cap. licet de præben. in 6. Garz. de Benefic. par. II. cap. 5. §. 1. nu. 100. Gonzal. ad regul. 8. glos. 15. n. 9.

- 7 Vacat quartò Beneficium de Jurepatronatus ob promotionem Beneficiarii ad Episcopatum, aut ad Abbatiam habentem generalem, & omnimodam, & quasi Episcopalem jurisdictionem, cum ex Apostolo Episcopus debeat esse vir unius

G g g

uxo -

uxoris juxta *Text. in cap. cum in cunctis* §. 1. de election. , Lambertijn. de jure patr. par. 1. lib. 2. quest. 6. art. 15. à n. 5. Oldrad. conf. 14. Felin. in cap. eam te de rescript. num. 7.

Sed Beneficium ob promotionem ad Episcopatum, aut ad Abbatiam non vacat, nisi post adeptam possessionem pacificam Episcopatus, & consecrationem, seu hujus loco lapsum trimestris ad consecrationem dati Garz. de benef. par. 11. cap. 6. n. 5., & cap. 7. n. 1.

- 8 Vacat quintò ob contractum matrimonii, seu per hoc, quod Beneficiatus contrahat matrimonium juxta *Text. in cap. 1. & in cap. diversis fallaciis de Clericis conjug. Prob. ad Monach. in cap. 1. de Cleric. conjug. in 6. Gonz. ad regul. 8. gloss. 15. nu. 43.*

Ad hoc autem, ut Beneficium vacet per contractum matrimonii non requiritur, quòd matrimonium sit consummatum, sed sufficit, quòd non sit nullum Garz. de Benef. par. 11. cap. 8. num. 3., & seqq., & quod Beneficium sit verè Beneficium Ecclesiasticum, aut incompatible cum statu matrimoniali, nam si sit legatum pium, aut Cappellania merè laicalis non vacat per contractum matrimonii, dum ista retineri possit etiam à femina, ex supradictis.

- 10 Vacat sextò per ingressum in Religionem, sequuta tamen professione expressa, vel tacita juxta *Text. in cap. Consalvus 17. qu. 2. C. Beneficium de Regularibus in 6., Gonzal. ad reg. 8. Cancell. dicta gloss. 15. nu. 4. 5.*

- 11 Vacat septimò per privationem, seu depositionem, quæ propter grave delictum imponitur juxta, Garz. de benef. par. 11. cap. 10. n. 1.

- 12 Sunt autem quædam delicta, propter quæ ipso jure Beneficiatus remanet privus Beneficio, ut est Assassinium juxta *Text. in cap. 1. de homicid. in 6. Homicidium commissum in personam Cardinalis, aut Episcopi, aut Combenedicati juxta Text. in cap. Felicis de penis, & in cap. quibusdam de penis Hæresis, propter enim hæresim Beneficiatus ipso jure privus remanet Beneficio juxta Doctores in cap. ut commissi §. Privandi de hæret. in 6. Apostasia, Apostata enim ipso jure Beneficium amittunt Gonz. ad reg. 8. gloss. 15.*

n. 66. Schisma, si sit cum hæresi, secus autem est si sit sine hæresi Garz. de Benef. par. 11. cap. 10. n. 150., & seqq. Falsificatio literarum Apostolicarum, Falsarii enim dd. literarum sunt ipso jure privi Beneficiis juxta *Text. in cap. ad falsarium de crimin. falsi Sodomia, sodomita* namque juxta *constit. 70. S. Pii V. omni Privilegio Clericali, omni officio, Dignitate, & Beneficio Ecclesiastico privatur, quod tamen intelligitur de exercente quasi continuatè sodomie crimen; non verò de eo, qui semel, aut iterum illud perpetraverit, Garz. ubi supra n. 198. Violenta apprehensio, seu occupatio Beneficii; ob violentam enim apprehensionem, seu occupationem Beneficii, quis privatur Beneficio Garz. ubi supra cap. 10. nu. 208.*

- 13 Sunt autem alia delicta, propter quæ non ipso jure Beneficiatus remanet privus Beneficio, sed est per sententiam privandus, ut sunt perjurium; perjurus enim est privandus Beneficio per sententiam juxta *Innoc. in cap. inter dilectos de excess. prelat. Garz. ubi supra nu. 167. Sacrilegium Garz. ubi supra n. 173. Concubinitus, dum concubinariis sunt per sententiam privandi Beneficiis Gloss. in cap. maximianus 81. dist. verb. removeantur Præcedente tamen trina monitione cap. sicut & cap. si autem de cohabit. Cleric.*

ARGUMENTUM.

Per adeptionem Episcopatus, an vacet Commenda; & an Summus Pontifex cum promotus ad Episcopatum dispensare possit, ut beneficia patronalia retineat in præjudicium Patroni?

SUMMARIUM.

- 1 Refertur sententia nonnullorum insignium Advocatorum, & Doctorum, tuentium Commendas S. Religionis Hierosolymitane non vacare per adeptionem Episcopatus, & num. 11.
- 2 Commendas S. Religionis Hierosolymitane non esse Beneficia Ecclesiastica, & perpetua, sed simplices administrationes ex quibus probetur, & num. 3. 4. 6. 7. 8. 10.
- 4 Dicitio -- Quibuscumque omnia completur nibilo penitus excluso.

Per

- 5 *Per clausulam -- sublatam -- & decretum irritans in Constitutionibus Apostolicis apposta tollitur omnis contraria consuetudo, & non usus.*
- 9 *Verbum Cabimentum quid significet? Vide ibi.*
- 12 *Verba in dubio semper sunt intelligenda, verè, & propriè, non autem impropriè.*
- 13 *Appellatione Beneficiorum an includantur beneficia manualia, aut simplices administrationes? & num. 14.*
- 15 *Afferuntur plura exempla, quibus ostenditur Commendas non vacare per adeptionem Episcopatus.*
- 16 *Referuntur sententia, & fundamenta S. Rota sentientis Commendas vacare per adeptionem Episcopatus, & num. 17. 18. 19. & 20.*
- 20 *Commendatarii tenentur residere per quinquennium in Commendis, & in eis facere meliorationes; Cujus autem nature sit hujusmodi residentia? Vide num. 32.*
- 21 *Commendatarius removeri non potest à Commenda nisi ex legitima causa.*
- 22 *Impetratio dispensationis super retentione beneficiorum, præsupponit defectum facultatis retinendi.*
- 23 *Non omnes Commendæ S. Religionis Hierosolymitanæ sunt intitulatæ, & perpetuæ.*
- 24 *Commenda alia est perpetua, & alia temporalis.*
- 25 *Commenda temporalis non vacat per adeptionem Episcopatus: Et quare vide ibi.*
- 26 *Commenda temporalis an sit materia simulationis.*
- 27 *Commenda temporalis non est perpetua, nec actu, nec aptitudine; & num. 29.*
- 18 *Beneficium ad hoc ut dicatur perpetuum saltè aptitudine, quid requiritur.*
- 30 *Cappellania merè laicalis, aut administratio Hospitalis non vacat per adeptionem Episcopatus.*
- 31 *Dispositio Textus in cap. cum in cunctis de elect. & Concilii Tridentini cap. 4. sess. 7. & Constitutio Gregori XIII. procedunt in Commendis perpetuis non autem temporalibus.*
- 33 *Commendatarius effectus Episcopus remanet Religiosus, & astringitur votis, sed non retinet subjectionem personalem.*
- 34 *Per adeptionem Episcopatus, quæ vota Professionis laxentur. Vide ibi.*
- Pars II.

- 35 *Commenda perpetua vacat per adeptionem Episcopatus. Limita ut num. 36.*
- 37 *Summus Pontifex dispensare potest cum promotum ad Episcopatum, ut retineat beneficia de jure patronatus laicali.*

CASUS II.

Promotus fuit ad Episcopatum quidam Eques Hierosolymitanus, qui unà cum Commenda possidebat etiam certum beneficium simplex de jure patronatus laicali, & obtinuit dispensationem à Summo Pontifice retinendi specialiter dictum beneficium patronale unà cum Episcopatu hinc duo oriuntur dubia.

Primum est -- *An per promotionem, & adeptionem Episcopatus Commendatarii vacet Commenda?*

Secundum -- *An Summus Pontifex cum Promoto ad Episcopatum dispensare possit ut iste beneficium de jure patronatus laicalis retineat?*

I Nonnulli Advocati magni nominis Doctrinæ, ac Sapientiæ primum dubium satis celebre in Curia, & acriter disputatum in S. Rota in Melevitana Commenda coram R. P. D. Lancetta jura promoti ad Episcopatum tuentes negativè resolvendum censebant; Fundabant enim hanc eorum intensionem in eo, quod Commendæ S. Religionis Hierosolymitanæ non sint beneficia perpetua, sed merè, ac simplices administrationes bonorum, adeoque incapaces, ut comprehendendi valeant sub dispositione Concilii Lateranensis prælata in cap. cum in cunctis S. cum vero de elect., quæ inducit vacationem beneficiorum per promotionem ad Episcopatum, ut dixi in superiori Casu num. 7.

2 Quod hujusmodi Commendæ non sint beneficia perpetua defumebant ab Apostolicis Constitutionibus; ex ejusdem Religionis stabilimentis; ex formula Ordinaria de illis providendi; & ex unanimi Doctorum, & Tribunalium traditione.

Et quidem exordientes ab Apostolicis Constitutionibus primo loco afferebant illam Pii II. in qua Summus Pontifex testatur -- *Præceptorias Hospitalis nequam existere beneficia Ecclesiastica, sed simplices administrationes* -- ulteriusque progrediens subdit ab hisce Commendis

G g g 2

dis

dis -- illas obtinentes posse pro solo nutu Magistrum, & Conventus amoveri, & ipsarum dispositionem ad eundem Magistrum, & Conventum pleno jure pertinere -- Subindeque naturam harum administrationum explicans, illasque cum officiis confundens inquit -- hasce administrationes, & officia ex sua institutione, & natura non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in Commendam ad nutum committi -- & demum ex hac administrationum, seu officiorum natura motus Pontifex disponit illas -- sub quibuscumque Apostolica Sedis, literis, reservatione in genere, vel in specie cadere, seu comprehendi nullatenus debere, sed illarum omnimodam dispositionem ad ipsum Magistrum, & Conventum liberè pertinere --

3 Ponebant etiam ante oculos Constitutionem Julii II. in qua Summus Pontifex id ipsum adamussim disponens, quæ suus sanxerat Antecessor, ulterius Commendarum naturam explicans ait illos esse simplices, & temporales administrationes ad nutum amovibiles.

Subsequently adducebant alteram Constitutionem Innocentii VIII. cujus habetur mentio à san. me. Pio IV. in Bulla IX. §. 5. inter ejus impressas, in qua quidem Bulla idem Innocentius suorum Prædecessorum vestigiis inhærens declaravit, quod hæ præceptoræ, & membra quæcumque Hospitalis S. Joannis -- sub quibusvis generalibus, vel specialibus reservationibus Apostolicis factas, & quas fieri contigerit de beneficiis Ecclesiasticis, utpote ad Hospitalitatem, & fidei tuitionem ordinata, nullatenus includerentur &c. sed Hospitalium, quæ sub reservationibus ipsis non includebantur, quoad id sortirentur naturam -- ita manifestè excludendo naturam beneficii, quæ in Hospitalibus Militarium Ordinum nullatenus concurrat ad Text. in Clement. quia contingit S. Præmissa verò ad Hospitalia de Relig. domib. subinde verò ulterius progrediens idem Pius in §. 6. confirmavit præfatam Julii II. Constitutionem, & §. 67. statuit Commendas -- Ex personis illas obtinentibus vacare non posse, sed cedentibus, & decedentibus illarum possessoribus, eas uni, vel pluribus non in titulum, sed tanquam manualia ad nutum, seu amovibiliter concedi, & assignari debere --

4 Ex quibus omnibus Constitutionibus expressè sancientibus Commendas non comprehendi sub quibuscumque Sedis Apostolicæ literis, inferebant eas pernecessè non esse beneficia Ecclesiastica, nec comprehendi sub dicta decretali Cum in cunctis, propter universitatem illius dictionis -- Quibuscumque -- omnia complectentis, nihilo penitus excluso, quamvis speciali nota digno; L. in fraudem, §. Ultimo ff. de milit. testam. l. prima §. Quod autem ff. de elect. Decian. conf. 4. num. 38. lib. 2. Barbosa. dict. 320. num. 1. Rot. coram Coccin. decis. 1680. num. 52. & decis. 606. num. 3. par. 19. tom. 2. rec.

5 Maximè attenta clausula -- sublata -- & decreto irritanti, quibus eadem Apostolicæ Constitutiones sunt roboratæ, quarum vis, & efficacia est tanta, ut tolerant omnem contrariam consuetudinem, enerventque, & frangent vires non usus, itidemque contrarii usus. Fagnan. in cap. cum olim de major. & obed. Rot. coram Buratt. decis. 704. num. 10. & coram Cels. decis. 200. num. 6. & decis. 260. num. 16. par. 17. & decis. 418. num. 7. & decis. 432. num. 16. par. 18. rec. adimantque cuicumque judici facultatem diversimodè judicandi, ut in iisdem Constitutionibus sancitur. Gratian. discept. 791. num. 12. R. P. D. Ansaldo. in addit. ad dec. 37. num. 30. Rot. decis. 369. num. 1. coram Du-nozet. jun. & dec. 263. num. 8. par. 19. to. 1. & dec. 681. num. 20. par. 19. tom. 2. rec.

6 Eandem qualitatem beneficalem ab hujusmodi Commendis exclusam etiam remanere contendebant ex stabilimentis ejusdem met Sac. Religionis à S. Sede Apostolica, & signanter à san. me. Sixto, & Paulo, utroque V. confirmata; Quoniam Statutum i. tit. 1. Comm. Thesaur. post narrationem originis Commendarum, quæ fuit, quod cum propter locorum distantiam, gentiumque differentiam in communi administrari non possent, Commendatæ sint Fratribus portiones ab eis regendæ, gubernandæ, unde Commendarum nomini sortitæ sunt, pensionibus super illis impositis, juxta rerum, & temporum circumstantias, concludit quintam, quandoque quartam, interdum dimidiam, & integros etiam aliquando fructus à Commendatore esse Thesauro tradendos, uti de hoc Statuto testatur etiam

etiam S. Rota decif. 230. num. 1. & seq. coram Mantio. ibi -- S. Religio Hierofolymitana iis, qui obtinent Prioratus, Bajulivatus & Præceptorias poteft imponere onus folvendi quamlibet partem fructuum communi Thefauro, qui plenam habet poteftatem; & qui fufcipiunt commendas nihil habent proprium, fed nudam dumtaxat fructuum administrationem, ita ut ad libitum poffint amoveri, ut conftat ex ftabilimentis in tit. de commun. Thefaur. cap. 1. -- ex qua poftrema hujus ftatuti difpofitionis parte excludente in Commendatore perceptionem fructuum Jure proprio, & illorum pertinentiam declarante favore Thefauri, inferebant non poffe clariùs exprimi naturam Commendæ meri manualis, & adminiftratoriæ juxta Lotter. de re benef. lib. 2. q. 48. num. 209.

7 Insuper ftat. 15. de fignif. verbor. difponit Commendarum appellationem promifcûè includere tam Prioratus, quàm Castellaniæ Empoffæ, & Bajulivatus quàm prædia, membra, domus, poffeffiones, & omnia alia bona ordinis. Ex quo arguebant defensores Equitis ad Epifcopatum promori; quòd cum ab hoc ftatuto purificetur, & sub eadem omnino determinatione comprehendantur Commendæ, Prioratus, & Bajulivatus, ac prædia, membra, & quæcumque alia bona ordinis, nemo fit, qui illico non videat, quòd ficuti absurdum omnino foret qualitatem beneficiale considerari in ibi expreffis prædiis, domibus, poffeffionibus, & aliis bonis cujuscumque generis ordinis sub appellatione Commendarum comprehenfis, ita perneceffe absurdum, & à ftabilimentis abhorrens fateri debet hanc qualitatem prætereundum in ipsis Commendis adeò fpecialiter, ac expreffè in eodem contextu purificatis, fummæque æqualitate determinatis ad Text. in l. nam hoc jure ff. de vulgar., & pupillar. Rot. decif. 176. num. 7. & decif. 413. n. 6. coram Priolo, & decif. 407. num. 3. p. 3. & decif. 328. num. 9. p. 12. rec.

8 Quod dictæ Commendæ non fint Beneficia Ecclefiaftica, iidem infignes advocati deducebant ex formula ordinaria, & confuetudine illis providendi; hæc enim formula eft, ut conferantur ad annos decem & ultra ad beneplacitum pro cabimento, commiffis Commendatario cura, regimi-

ne, adminiftratione, ac omnimoda commendæ, bonorumque, ac jurium ejus defenfione.

9 Illud enim verbum pro Cabimento ut habetur in Statutis tit. 19. de verb. fignif. aliud non fignificat, quàm adminiftrationem ita factam, ut adminiftrans rationem reddere putet, ut referendo iftud ftatutum notat Ducange in Gloffar. medio, & in fine latino verbo Cabimentum; fatifque aperta etiam funt cætera verba dictæ formulæ in meram, fimplicem, & temporalem adminiftrationem fonantia.

10 Denique hanc fimplicem qualitatem adminiftrationis, & ad nutum amovibilis in Commendis, feu Præceptoris S. Ordinis Hierofolymitani, exclufa beneficiæ, confirmare dicebant unanimem omnium Doctorum traditionem, nimirum Paris. conf. 44. n. 2. lib. 4. ibi -- ut funt Commendæ iftius ordinis, quæ dantur tantum ad meliorandum -- Commens. conf. 255. num. 4. volum. 1. Toletan. in fyntaxmat. Jur. univerf. lib. 15. cap. 34. num. 2. ubi poft relatam illarum quidditatem concludit -- unde Beneficia propria eorum Præceptoris non funt -- Lotter. de re benef. l. 1. q. 7. num. 52. S. nihil omnibus ibi -- nec dantur in Titulum Beneficii, fed in fimplicem adminiftrationem -- & rursus q. 36. n. 30. ibi -- Etiam refpectu Præceptoriarum, quæ prorsus manualia funt -- Fraff. de reg. Patron. p. 2. cap. 52. num. 11. Capon. difcept. tom. 2. cap. 121. num. 44. ubi affirmat, quod Commendæ militares horum ordinum non funt Beneficia Ecclefiaftica -- Barbof. de Jur. Ecclef. lib. 2. cap. 7. num. 9. ubi concludit -- Præceptorias militares vulgò Commendas, Beneficia Ecclefiaftica non effe -- Suarez de Religion. tom. 1. lib. 4. de Simon. cap. 27. num. 2. verf. alia divifio eft, & num. 6. Bonacin. oper. moral. tom. 1. difp. 1. de Simon. q. 4. propof. unic. num. 15. Filuc. oper. moral. tom. 2. tract. 45. num. 4. cap. 6. Dian. refol. moral. tom. 5. refol. 36. tract. 7. Nova editionis coordinata, ubi quod hæc fit verior, & receptior opinio: Pignattel. confult. Canon. 9. num. 9. tom. 7. Mend. Ord. milit. difquifit. 1. q. 14. per tot., & difquifit. 10. queft. 7. per tot. Rot. decif. 10. num. 2. de cauf. poffef. & propriet. coram Mohedan., & decif. 383. num. 1. & feqq. coram Puteo lib. 1. & decif. 230. n. 1. & feq. coram Mantio.

Mantic. & coram Seraph. decis. 1390. num. 1. & decis. 772. n. 1. p. 1. & decis. 970. per tot. p. 3. divers. & decis. 87. num. 2. p. 2. rec., & in Neapolitana, seu Tranen. Præceptorie 23. Junii 1698. coram R^{mo} Molines impress. penes Antonell. de Jur. & Oner. Cleric. decis. 47. num. 2. & seqq.

- 11 His fundamentis stabilitis à præfatis Advocatis, quòd Commendæ & Præceptorie S. Ordinis Hierosolymitani nullatenus sint Beneficia Ecclesiastica, sed simplices administrationes bonorum temporalium; jam satis claram de per se emergere dicebant consequentiam, illas per adeptionem Episcopatus non vacare; seu ad eas nullatenus extendi dispositionem dicti Decretalis: in cap. cum in cunctis §. cum vero de elect. ut expressè testatur, Michales. in summ. Jur. Hierosolymit. equit. Apprimè versatus in Juribus & consuetudinibus Religionis Hierosolymitanæ verb. Commenda num. 9. §. sed in his omnibus -- ibi -- Praxis tamen est in contrarium, & sic non vacabit per promotionem ad Archiepiscopatum Epidauri vulgò Ragusa, Commenda, quam in lingua Italia Pompeus Minucci possidebat; immo Modernus Episcopus Melitæ plures obtinet Commendas etiam post ejus promotionem ad Episcopatum -- & verb. Episcopus num. 6. ibi -- per ejus ad Episcopatum promotionem non vacant Commendæ, &c. Quinimo etiam post Episcopatus adeptionem Commendas tam de Cabimento, quàm de melioramento consequitur, ut declaravit Concilium 7. Maji 1557. pro Commendatore Petro de Candia Episcopo Hyeracen. Sub ea viva ratione, quòd dicta Decretalis loquitur de Beneficiis, unde illius verba non possunt, nec debent ita impropriari, ut trahantur ad Commendas; cum regula sit notissima,
- 12 quòd ubi versatur etiam in dubio, verba sunt semper intelligenda propriè & verè, non autem impropriè, & fictè. L. fin. C. de his. qui ven. etat. impetrar. Bald. Conf. 44. n. 1. vers. sed in statutis. lib. 3. Lotther. de re Benef. lib. 1. q. 24. n. 65. & lib. 2. q. 47. num. 62. Rot. in Vaden. Canonicatus 19. Junii 1705. §. Præstat,
- 13 coram R^{mo} Molines. Nec venire possunt sub simplici appellatione Beneficiorum; sub hac namque appellatione nullatenus verè & propriè includuntur Beneficia manualia præsertim in materia odiosa, ut

patet ex observantia pluribus exemplis confirmata, juxta quam, quoties simplex habetur mentio Beneficii, nunquam sub illa includitur Beneficium manuale, ut habemus in Reg. 8. seu 9. reservatoria mensium, quæ loquitur de Beneficiis, nullatenus tamen comprehendit manualia. Gonzal. in dicta Reg. Gloss. 5. §. 6. n. 9. & seq. & Gloss. 8. num. 67. Paxjordan. elucubr. tom. 2. l. 10. tit. 11. n. 268. Lotther. de re Benef. l. 1. q. 7. n. 22. Murg. de Benef. q. 3. n. 203. Card. de Luc. de Benef. disc. 97. n. 19. §. & consequenter Rota decis. 114. & decis. 155. & decis. 626. coram Buratt. decis. 101. n. 6. cor. Dunozett. jun. & decis. 329. num. 5. part. 16. rec. Nec non in Regula de Annali, quæ mentionem faciens de Beneficiis, non complectitur manualia. Mandos. q. 11. n. 3. Gonzal. dicta Gloss. 5. §. 6. n. 15. Paxjordan. ubi supra n. 269. Card. de Luc. de Benef. dicto disc. 97. n. 10. Et in Regula de Trienali, quæ licet disponat per verba generalia, universalialia, & geminata, cujusmodi sunt, Quacumque Ecclesiastica Beneficia, qualiacumque sint; non tamen extenditur ad manualia juxta Rebuff. de pacific. possess. lim. 6. n. 27. & seq. Mandos. in dicta Regula 33. q. 11. n. 2. Paris. de resignat. lib. 11. q. 3. n. 85. Gomez super Regula de Triennial. quæst. 5. & 7. Gonzal. dicto §. 6. num. 16. Rota

14 decis. 739. num. 1. p. 1. divers. Ergo multo minus sub simplici appellatione Beneficiorum comprehendere poterunt simplices administrationes, uti sunt supra dictæ Commendæ ad tradita per Fagnan. in cap. ad audientiam il. 2. num. 118. de rescript. Navar. conf. 5. num. 1. & conf. 6. de præben. Gomez de expect. n. 94. Mandos. ad Regul. 33. de Annal. q. 11. num. 2. Gambar. de offic. legat. lib. 4. rubr. 1. n. 1. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 5. §. 6. num. 21.

15 Et defacto, quod hujusmodi Commendæ non vacent per adeptionem Episcopatus; pluribus exemplis ostendere nitentur. Nam Frater Dominicus Cubellas Prior Ecclesiæ Conventualis geminas obtinens Commendas, videlicet Præceptoriam assignatam pro sustentatione Prioralis dignitatis, aliamque Commendam nuncupatam Montissionis, cum ad Episcopatum Melevitanum promotus fuisset; habitum fuit pro indubitato, quod de sui natura neque Præceptoriam,

toria, neque Commenda juxta stabilita vacassent: Verum quia prima inserviebat sustentationi Prioralis dignitatis, opus fuit quod Consilium Religionis tunc peculiarem constitueret Regulam, quod tam dictus Prior Ecclesie, quam Successores electi, in Episcopatu Meliteni, statim dimittere habeant prædictam Præceptoriam pro sustentanda dicta dignitate assignatam simul, & semel cum dicto Episcopatu, absque eo quod nullam fecerit mentionem alterius Commendæ Montissionis, quam idem Episcopus pacifice retinuit usque ad obitum. Ex quo actu duo desumebant argumenta.

Primum erat, quod præcisive ad dicta peculiari Regula per Consilium stabilita respectu Præceptorie assignatæ pro sustentanda Priorali dignitate antea licuisset illam retinere quodque hæc Regula postea edita unice includens hanc Præceptoriam, manifestè ab illa excludit ceteras Commendas, firmatque quo ad illas Regulam generalem pro compatibilitate. *Rot. decis. 674. num. 11. p. 19. rec. & decis. 1342. num. 5. coram Emerix Jun. & in Carpenteraten. jurisdictionis 11. Maji 1699. §. ex ista autem coram R. P. D. Lancetta.*

Alterum verò erat, quod idem Episcopus pacifice semper retinuerit, & possederit alteram Commendam Montissionis, quam utique retentionem Consilium non permisisset, & inspecta Commendarum natura incompatibilem censuisset, alias sicuti à Consilio capta fuisset provisio super non retentione Præceptorie prædictæ, ita etiam perneceffe capta fuisset super illa hujusce Commendæ.

Insuper Fr. Thomas Bosius primus post Religionis in Insulam adventum Episcopus, & Antecessor immediatus dicti Cubelles ejusdem Ordinis Vicecancellarius, & Possessor, de anno 1531. Commendæ de Senoveis, eodem anno in Episcopum assumptus, easdem Commendas sine ulla dispensatione retinuit, quinimo absque pariter dispensatione alias quoque duas consequutus est, quæque omnes non vacarunt nisi per ejus obitum.

Fr. Martinus Roxas de Portal Rubeo immediatè Successor ejusdem Cubelles pariter ex Vicecancellario effectus Episcopus, & duas obtinens Commendas de

Villar del Pozzo, & de la Niguera, eas semper retinuit usque ad obitum, ex quo dumtaxat tempore illæ vacarunt.

Item Fr. Thomas Gargallus cum possideret Commendam Magistralem de Masden, illi in perpetuum collatam, assumptus fuit ad Episcopatum Melevitanum, illamque retinuit usque ad obitum.

Fr. Cagliaresius ad Episcopatum promotus absque eo, quod illum habuerit indultum, semper usque ad obitum retinuit Commendam, quam prius possidebat de Covillian., quam posterius etiam voluntariè resignavit cum præservatione tamen expressa, quod exinde nullum prorsus sibi gesseretur præjudicium in ascensione alterius Cabimenti, seu Cabimentorum, & melioramentorum, quæ Canonice sibi obvenire potuerunt in gradu suæ antianitatis.

Nec dissimilis obtinuit observantia in Episcopo Balguer, qui retinuit Commendam, seu potius Abbatiam Vallovar; Et licet Indultum obtinuerit, hoc tamen idcirco fuit, quia illa erat verum Beneficium Ecclesiasticum, cæterum ubi agebatur de meris Commendis tres alias obtinuit sine ulla dispensatione, & indulto. Ac illa vixit in Episcopo Bono, qui usque ad obitum sine ullo indulto retinuit Commendas de Almutia, & de Calanda, quas ante promotionem ad Episcopatum assequutus fuerat; Et denique in Episcopo Molina, qui tam una, cum Episcopatu Melevitano, quam cum Illerdensi retinuit Commendam prius obtentam de Alcolea. Quæ praxis etiam pacifice, & inconcussè semper invaluit, etiam si Religiosi promoti fuerint ad alios Episcopatus præter Melevitanum, ut de Fr. Andrea de Candia Episcopo Hieracensi, & de Fr. Joanne Morlue Episcopo Condoniensi Commendam assequuto, & demum de Fr. Pompeo Minuccio ad Archiepiscopatum Regulinum primo promotus, & postea ad Episcopatum Aquipendii translato, & retinente Commendam de Pola, & Gradisca, quam ante Episcopalem consecrationem habebat testatur, *Michaleff. in summ. jur. Hierosolymit. Equit.* Ex qua continuata horum exemplorum serie resultare observantiam præcisam, & individualement dicebant, quæ sicuti in omnibus aliis materiis at-

ten-

tenditur, ita, & præcipuum locum obtinere debet in præsentī materia compatibilitatis Commendæ cum Episcopatu, ut in simili argumentatur, *Fagnan. in cap. bo. mem. n. 31. de Postulat. Prælat. ibi -- Videmus etiam passim Episcopos ad Cardinalatum promotos retinere Episcopatum absque ulla dispensatione, quod non esset, si Cardinalatus, & Episcopatus essent de numero incompatibilium*

- 16 E contra S. Rota in supradicta *Melevitana Commenda* 17. Martii 1702. 3. Februarii, & 4. Junii 1708. coram R. P. D. *Lancetta*, posthabitis his omnibus rationibus, & fundamentis horum insignium Advocatorum, qui jura Commendatariorum promoti ad Episcopatum tuebantur, desinivit Commendam vacare per Episcopatus adeptionem; mota fuit S. Rota ad ita
- 17 definiendum in primis à clara dispositione *Text. in cap. Cum in cunctis* §. Cum verò de electione, quæ inducit vacationem quorumcumque Beneficiorum per promotionem ad Episcopatum ibi -- Cum verò electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & Ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit, decurso tempore de consecrandis Episcopis à Canonibus definito, is, ad quem spectant Beneficia, quæ habebant, de illis disponendi liberam habeat facultatem -- secundariò à sanctione Sac. Concilii Tridentini sess. 7. de reformat. cap. 4. interdicentis talem retentionem etiam Commendarum ibi -- quicumque de cetero plura curata, aut alias incompatibilia Beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu Commenda perpetue, aut alio quocumque nomine, & titulo contra formam SS. Canonum, & præsertim Constitutionis Innocentii III. quæ incipit, De multa recipere, ac simul retinere præsumserit, Beneficiis ipsis juxta ipsius Constitutionis dispositionem, ipso jure, etiam præsentis Canonis vigore privatus existat --
- 19 Et denique à confirmatione facta per fam. mem. Gregorium XIII. cujusdam sententiæ, qua A. C. de voto Sac. Rotæ sensit, & pronunciavit Commendam vacasse per Promotionem ad Episcopatum, juxta relata per *Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg. 57. num. 72.* ut legi potest in decisionem anni 1702. §. *Assistit* §. Quæ si procedunt, & §. *Omneque sustulit*. Animadvertendo præsertim, quod ex disposi-

tionis Statutorum S. Religionis Commendatariorum tenentur residere saltē per quinquennium in Commendis, ac in eis facere meliorationes, ut firmavit *Rot. dec. 7. num. 2. par. 17. recent.* remanentque subditi jurisdictioni Prioris, & S. Religionis juxta supradictam Constitutionem bon. mem. Pii IV. ex quo idem S. Tribunal deducebat cum assumptas ad Episcopatum, Religiosi amplius suum facere non possit, nec ab ea Compelli ad faciendas meliorationes à Statuto demandatas necessariò sequi, ut ex promotione inducta sit Commendæ vacatio.

Respondendo verò ad ea, quæ à supradictis Advocatis in contrarium afferbantur S. Rota in decisionibus anni 1702. §. *Prævidens*, & in decisionibus anni 1708. §. *Quoniam* dicebat non ob stare, quod Commendæ S. Religionis non in titulum, sed tanquam Beneficia manualia ad nutum, seu amovibiliter assignentur juxta supradictam Constitutionem san. mem. Pii IV. ex quo inferebatur non intrare dispositionem Juris Canonici, & S. Concilii Tridentini loquentis de beneficiis perpetuis in titulum collatis; Quoniam licet hujusmodi Commendæ ratione infatæ obedientiæ dicantur manuales, & amovibiles, nihilominus ex eorum natura, & aptitudinaliter sunt beneficia perpetua, & conferuntur in titulum; ea potissima inter cæteras ratione, quia Possidentes eas retinent in perpetuum, nec ab illis nisi ex legitima causa propter delictum, vel inobedientiam erga Religionem removeri possunt. *Corrad. in prax. benef. lib. 1. cap. 6. num. 277. cum seq. Card. de Luc. de benef. disc. 97. num. 22. Rot. dec. 473. n. 8. par. 5.*

Consuetudinem verò retinendo Commendas etiam post promotionem ad Episcopatum ex supradictis exemplis in contrarium deductam nullius roboris esse assererebat eadem S. Rota in supradictis Decisionibus §. *Minus relevat*, & §. *Neque juvat*. Etenim ultra quod illa, tanquam Jurisdictioni contraria, probanda foret cum omnibus requisitis observantiæ præscriptivæ, cessare quamlibet hæsitacionem ajebat, ex quo ut plurimum ab Episcopis Melevitanis, qui Beneficia retinuerunt, obtenta fuit dispensatio Apostolica; Unde potius consuetudinem esse

se incontrarium subungebat, dum petitio, & impetratio dispensationis per necessarium antecedens præsupponunt defectum facultatis retinendi Rot. in Dertusen. jurisdictionis super bono jure 28. Aprilis 1694. §. Et his accedit cor. bo. me. Eñno Caprara.

Ego autem has opiniones ad invicem pugnantes fœdere, distinctionis cenſeo ad concordiam reduci poſſe. Etenim non
23 omnes Commendæ hujus S. Religionis Hierosolymitanæ ſunt intitulatæ, & perpetuæ; quia ſi omnes eſſent hujusmodi naturæ, non compatirentur ad invicem, ſed ob aſſequutionem unius abſque diſpenſatione Apoſtolica daretur vacatio alterius, ad Text. in Can. Sanctorum diſt. 70. Canon. Per laicos 16. qu. 20. cap. de multa de præben. & in extravag. ad regimen. eod. tit. contra formam conſtitutionum ejusdem S. Religionis, juxta quam non datur vacatio Commendarum niſi in duobus caſibus tantum, nimirum aſſecuti Magiſteri Ordinis, vel Prioratus Eccleſiæ; in cæteris verò caſibus Commendatarii plures retinere poſſunt Commendas abſque alio Indulto Apoſtolico, ut ex eiſdem conſtitutionibus apparet. Sed Com-
24 menda diſtinguitur in perpetuam, ſeu in titulata, & temporalem, juxta diſtinctionem communiter traditam à Doctoribus præſertim à Navar. conſ. 4. n. 1. lib. 1. de Fil. Presbyteror. ibi -- Reſpondeo primo duplicem eſſe Commendam; Alteram temporalem &c. & altera eſt perpetua -- Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 1. qu. 6. art. 14. nu. 14., & ſeqq. Gomez. in Regul. de Triennal. poſſeſſ. qu. 5., Gonzal. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 8. n. 2. cum ſeqq., & num. 24. cum ſeqq. Novar. in ſumm. Bullar. comment. 69. nu. 13., Tondut. qu. benef. par. 2. cap. 1. §. 12. nu. 10., & ſeqq. Rot. dec. 22. num. 7. lib. 1. coram Puteo, & dec. 523. num. 52. & ſeqq. par. 19. tom. 2. recent.

25 Primam igitur ſupradictorum inſignium Advocatorum opinionem, juridicè procedere exiſtimo in Commenda temporali. Hujusmodi namque Commenda eſt ſimplex, & mera adminiſtratio temporalis nullum titulum, aut jus in re, vel ad rem in Beneficio, vel in rebus commendatis tribuens Commendatario juxta Novar. conſ. 4. n. 2. de Fil. Presbyter.

Par. II

ibi -- Secundo, quòd Commenda temporalis ad certum tempus facta non dat jus in Beneficio, nec Commendatarius facit fructus ſuos, neque eſt Prælatus Beneficii, ſed Procurator habens tamen legitimam adminiſtrationem -- Novar. in ſumm. Bullar. comment. 69. num. 13. ibi -- Limita octavo ut bene poſſint commendari Beneficia ad tempus illegitimis, ſecus verò in perpetuum, nam appellatione Beneficiorum non veniunt Commendæ temporales, quia in illis Commendis nullus adeſt titulus, nec datur jus in re, nec ad rem, & quodcumque poſſunt revocari -- Gonzal. ſuper Regula 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 8. n. 37.

26 Immo ut teſtatur Mendo de Ordin. Milit. diſquiſt. 1. qu. 14. nu. 233. ipſa non eſt materia ſimonie, nec ſimoniacum, qui cam pecunia data curat obtinere ibi -- De Commendis id probatur; quippe non conferuntur propter munus Eccleſiaſticum, aut ſpirituale, nec exigunt aliquem ordinem, nec adhuc primam conſuram in eo, qui illis potitur, nec onus recitandi horas Canonicas ex eis conſurgit, ſolumque præſentantur ob temporalem laborem militia pretio æſtimabilem, quamvis hic ad dictum cultum, & fidei propagationem referatur, nihil ergo ſpirituale, aut annexum ſpirituale conferatur, ac proinde pretium pro eis acquirere procul eſt à ſimonie labe -- Et diſquiſt. 10. qu. 7. n. 64. refert ita ſentire etiam Bonacinum tom. 1. tract. de ſimon. diſputat. 1. qu. 4. n. 15. ibi -- Ipſe demum Author. &c. quin excipiat Commendas Ordinis S. Joannis, de omnibus Commendis Militaribus docet non eſſe materiam ſimonie &c. nam conferuntur titulo temporali &c., & diluit, quæ objici poſſunt, nempe, eſſi conferantur Religioſis profeſſis, profeſſionem non eſſe titulum collationis, ſed conditionem à Pontifice apoſitam, nec ex vi Commendæ teneri Equites ad certas preces, ſed ex vi profeſſionis, & regula, & quamvis ſit annexum, ei juſ præſentandi Clericos ad Eccleſias Ordinis, tamen id juſ habere rationem quandam juſ patronatus annexi Commendæ, & ſicut juſ præſentandi annexum bonis temporalibus non reddit ea ſpiritalia, illaque poſſunt vendi &c. ſic etiam de Commendis eſt philoſophandum.

27 Nec eſt Beneficium perpetuum actu, cum omnes Commendæ hujus S. Religionis ex præſcripto Bullæ bo. me. Pii IV.

Hhh

la 9.

- la 9. sint manuales. Nec aptitudine.
- 28 Etenim ad hoc ut Beneficium dicatur perpetuum saltē aptitudine non sufficit, quod possidens illud fortasse non removeatur ab habente illud conferre, sed requiritur, quod non conferatur ad certum tempus, sed ad incertum, & indefinitum. Dum tempus incertum pro perpetuo, quodammodo habetur juxta *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 6. nu. 20.*, *Azor. instit. moral. lib. 6. cap. 26. n. 8.*, & 12., *Castropal. in summ. moral. par. 2. tract. 13. disp. 3. punct. 1. num. 11.*, *Murg. de benef. quest. 3. num. 473.*, *Garz. de benef. par. 11. cap. 5. §. 1. nu. 181.*, *Corrad. in prax. benef. lib. 1. cap. 6. num. 280.*, ubi quod collatio facta ad tempus certum, & determinatum repugnat cum natura Beneficii, tollit enim aptitudinem perpetuitatis, quam non tollit collatio ad tempus incertum. Cum
- 29 autem Commenda temporalis Ordinis Hierosolymitani non conferatur ad tempus incertum, & indefinitum, sed ad tempus certum, & præfinitum decennii, ut ex ejus stabilimentis, sequitur quod non sit perpetua nec aptitudine. Nullatenus obstante, quod in ejusdem Commendæ collatione addantur illa verba -- *Et ultra ad beneplacitum nostrum* -- nam ut bene respondebat unus ex supradictis Advocatis, semper verum est, quod prius processerit certa præfixio temporis exclusivæ perpetuitatis. Addito ulterius, quod nec etiam concessio ad beneplacitum, concedentis designat illam indeterminationem temporis, quæ sapit perpetuitatem, cum beneplacitum, & concessio cessent per mortem concedentis *cap. si gratiose de rescript. in 6. Abb. in cap. fin. num. 6. vers. secus ubi concessisset de præcar. Gonzal. ad regul. 1. glos. 5. §. 6. num. 39. Pax Jordan. elucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 11. n. 276.*
- Ac proinde Commenda temporalis per adeptionem Episcopatus vacare dici non potest ex rationibus, & auctoritatibus pro hac opinione superius allatis, sicuti per hanc eandem adeptionem vacare non dicitur Cappellania merè laicalis, & temporalis, aut administratio Hospitali, juxta *Rot. in Bononien. Hospitalis 6. Junii 1707. §. Hac autem cor. R. P. D. Lancetta*, & 16. Decembris ejusdem anni §. *Nec subsistit cum seq.*

31 Retenta autem hac sententia; ipsi non adversantur fundamenta alterius opinionis S. Rotæ nimirum dispositio *Textus in dicto cap. Cum in cunctis*; Siquidem Textus iste expressè loquitur de beneficiis Ecclesiasticis; adeoque comprehendere nequit hæc Commendas temporales, quæ ex supradictis non sunt beneficia Ecclesiastica, sed meræ administrationes, nec conferuntur in titulum actus, vel aptitudinis perpetuum; Nec altera dispositio S. Concilii Tridentini, quia loquitur de Commendis perpetuis ibi -- *seu Commende perpetuæ* -- Nec denique confirmatio supradictæ sententiæ A. C. facta per san. mem. Gregorium XIII. quia ibi pariter agebatur de Commenda, seu Arrendamento contra formam Pianæ Constitutionis, & stabilimentorum Religionis in perpetuum collata Commendatario Gargallo successivè ad Episcopatum promotus ibi -- *Perpetuo Arrendatario &c. in Arrendamentum perpetuum &c.*

Quod autem Commendatarii ex dispositione Statutorum Religionis teneantur residere, & in Commendis facere meliorationes, quæ ab Episcopo expleri non valeant; quodque remaneant subditi Religionis, quæ subjectio quoad Episcopum non sit verificabilis; Ex hoc deduci non valet Commendam merè temporalem vacare per adeptionem Episcopatus.

32 Quoniam, ut bene huic objecto respondebant supradicti Advocati; Quod attinet ad residentiam, ea utique nullatenus est apta ad inducendam incompatibilitatem cum Episcopatu; Tum quia residentia hæc non est continua, sed temporalis ad quinquennium dumtaxat restricta, quo casu nulla ex ea promanat incompatibilitas. *Hostien. in cap. final. num. 4. vers. unde si essent de Cleric. non resid. ibique Abb. num. 4. Butr. num. 6. Rot. dec. 483. num. 3. par. 1. divers. & dec. 179. num. 5. par. 2. recent. & decis. 140. nu. 7. par. 4. & decis. 13. num. 14. coram Bich.* Tum quia non est formalis; Cum etenim Commendatarii residere teneantur solummodo, quatenus velint se aptos reddere pro assequendis Dignitatibus, ut liquet ex *Card. de Luc. de benef. disc. 68. num. 3. & disc. 121. nu. 4. Rot. decis. 7. num. 1. & 2. par. 17. rec.*; profectò palam est, quod hæc sit simplex residentia causativa, quæ sem-

semper talis est, quotiescumque quis eam servare debet, quatenus gaudere velit fructibus, & emolumentis, non autem ad illam præcisè arctatur sub pœna privationis *Gonzal. super regul. 8. gloss. 5. num. 19. in fin. & num. 22. Rot. coram Cavaler. decis. 551. num. 6. & coram Priolo decis. 13. num. 3. & decis. 175. num. 8. & in rec. decis. 489. num. 2. par. 2.* Ex quo sequitur ex ipsa non oriri incompatibilitatem, sed solum ex ejus omissione, & in adimplemento, privationem emolumentum eidem correspondenti, nimirum aptitudinis ad assequendas Dignitates. *Hosied. de incompatib. benef. par. 1. cap. 17. nu. 34. Rot. decis. 483. num. 2. par. 1. divers. & decis. 489. num. 3. par. 2. recent. & dec. 622. num. 5. coram Burat. & decis. 17. nu. 9. coram Bich. & decis. 289. num. 1. & 12. cor. Rembold.*

- 33 Quod verò pertinet ad subjectionem Religioni, possunt hæc duo stare simul, quòd Commendatarius de jure possit esse subiectus Priori, & S. Religioni, & quòd si sit factus Episcopus Commendam retineat, sed non subjectionem personalem; quemadmodum videmus in Religiosis, isti justè ob votum obedientiæ debent esse subiecti Priori, aut Abbati; si tamen assumantur ad Episcopatum remanent Religiosi, & votis adstringuntur, ut tradunt *Hosien. in cap. Clerici il secondo de vita, & honest. Cleric. Covar. in cap. 1. num. 18. de testam. Alexand. conf. 32. num. 8. lib. 5. Rodriguez quest. regul. tom. 2. quest. 58. art. 3. Fajard. in dissert. pro Episcop. Regular. post allegationes fiscales num. 26. & seq. & num. 32. & seq. & nihilominus non retinent subjectionem personalem Priori, seu Generali; sed illam mutant, subrogato Summo Pontifice in locum Superioris Religionis, ea ratione, quia per sequentem Episcopatum laxantur ea sola Religiosæ Professionis vota, quæ muneris Episcopali, tanquam majori bono obstant juxta Doctrinam D. Thomæ secunda secundæ quest. 18. art. 8. quam latè exornat Sanchez in sum. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 8. Cabasur. in Theor. & prax. jur. Canon. lib. 1. cap. 24. num. 2.*
- 34 tem Episcopatum laxantur ea sola Religiosæ Professionis vota, quæ muneris Episcopali, tanquam majori bono obstant juxta Doctrinam D. Thomæ secunda secundæ quest. 18. art. 8. quam latè exornat Sanchez in sum. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 8. Cabasur. in Theor. & prax. jur. Canon. lib. 1. cap. 24. num. 2.

- 35 Secundam autem opinionem Sac. Rotæ in d. Meleuitana Commenda cenfeo locum habere in Commenda perpetua; quia cum ista habeatur loco tituli, & efficiat
- Pars II.

Commendatarium verum Rectorem, & Prælatum, qui facit omnes fructus suos, sicut alii titulares perpetui. *Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 8. num. 2. & seqq. Vaneffen. in jus Canon. par. 1. tit. 31. cap. 7. num. 40.* consequenter dicendum venit comprehendi sub dispositione tam juris communis in dicto cap. Cum in cunctis, quàm Concilii Tridentini dicto cap. 4. sess. 7. seu per adeptionem, & possessionem Episcopatus ipsam vacare; ut docent *Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 1. §. 12. num. 10. & seqq. ibi -- Item in Commendis istis perpetuis locum habet de veris simili notitia, & quemadmodum beneficia concessa in titulum illius, qui ad Episcopatum promovetur, vacant per adeptionem Episcopatus, ita, & vacant illa, quæ obtinentur in Commendam -- Card. de Luc. de benef. disc. 97. num. 22. Corrad. in prax. benef. lib. 1. cap. 6. num. 277. & seq. Garz. de benef. par. 4. num. 34. & seq. Nisi in li-*

36 mine foundationis harum Commendarum fuerit ab illarum fundatoribus, qui eas fundarunt de propriis bonis appositæ conditio, quòd per assecutionem Episcopatus, aut alter incompatibilis non vacent *Card. de Luc. de jurepat. disc. 20. n. 15. & seq.*

Nec retenta hac opinione, ei adversantur supradictæ Constitutiones Apostolicæ, stabilimenta ejusdem S. Religionis, formula ordinaria de Commendis providendi, exempla, & Doctores supra relati, quia hæc omnia procedunt in Commendis temporalibus, non verò perpetuis.

Descendendo nunc ad secundum dubium, quòd hic mihi examinandum proposui, nimirum -- *An Summus Pontifex dispensare possit cum promoti ad Episcopatum, ut ipse retineat beneficia patronalia --*

- 37 Pro ejus resolutione cenfeo respondendum posse Summum Pontificem de potestate ordinaria (cum de potestate absoluta nulli dubium esse possit) dispensare cum Promoto ad Episcopatum; non dum adepta hujus possessione; ut retineat beneficia de jure patronatus laicali; Per hanc enim dispensationem Papa nullum præjudicium infert Patrono Laico, nec quoad proprietatem juris patronatus, quia eam non perdit, nec quoad

H h h 2

pos-

possessionem præsentandi, seu quoad præsentationem; quia hæc non habet locum nisi in casu vacationis beneficii; ante autem adeptionem, & pacificam possessionem Episcopatus beneficium patronale non vacat; igitur, ante dictam adeptionem Episcopatus Papa dispensando, ut retineat cum eo Beneficium Patronale non præjudicat Patrono, quoad possessionem, seu quoad actum præsentandi; imò huiusmodi dispensatio est favorabilis Patrono, & uniformis ejus voluntati; cum per eam approbatur, & confirmatur in beneficio illa persona, quam ipse Patronus semel approbavit, & præsentavit; ut expresse tumentur *Franc. de Roye de jurepat. cap. 24. §. Eam quoque Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 8. nu. 105. Tondut. quest. benef. par. 2. cap. 4. §. 9. num. 39. & de penson. cap. 25. num. 10. Ros. de execut. lict. Apostolic. par. 1. cap. 5. num. 135. & antea docuit Rot. in novis decis. 21. de præben. post num. 5.*

ARGUMENTUM.

Præsentatio ad beneficium vacaturum an, & quando sustineatur.

SUMMARIUM.

- 1 *Præsentatio ad beneficium vacaturum non sustinetur; Amplia ut nu. 2. limita, ut n. 3. & 11.*
- 4 *Reservato jure patronatus pro Laicis; an nomine Laicorum veniant etiam Clerici Sæculares?*
- 5 *Consuetudo præsentandi ad beneficium vacaturum, an, & quando valeat?*
- 6 *Litteræ Apostolicæ in omnibus justificatæ sunt exequenda.*
- 7 *Reservata sibi facultate à Fundatore eligendi primum Cappellanum, an hæc facultas per nominationem factam in propria persona Fundatoris dicatur consumpta & num. 8. 9. & 10.*
- 12 *Ad obtinenda beneficia simplicia requiritur ætas 14. annorum.*
- 13 *Lex foundationis requirens qualitatem originis in providendo de beneficio, an, & quando non afficiat ipsum met Fundatorem?*

CASUS III.

IN limine foundationis Beneficii A. reservatum fuit à Fundatore Jus patronatus pro

ejus hæredibus, & successoribus laicis, ac apposita fuit conditio præsentandi ad Beneficium vacaturum non solum de consensu Ordinarii, verum etiam Summi Pontificis. Beneficio igitur adhuc pleno, quidam Clericus unicus hæres, & successor ejusdem Fundatoris præsentavit ad illud aliam personam idoneam. Quæro; An huiusmodi Præsentatio sustineatur.

Respondendum videtur primo aspectu hanc præsentationem non sustineri, quia fuit facta à Clerico; contra legem foundationis, quæ jus præsentandi reservavit Laicis, non autem Clericis; & quia fuit facta beneficio pleno, & adhuc vacaturo; adeoque sustineri non valet, cum contineat votum captandæ mortis juxta auctoritates in Commentario relatas, & dixi *Part. I. Can. V. Cas. I. per tot. & superius Can. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. Cas. X. num. 12.* Etiam si adesset consuetudo præsentandi ad beneficium vacaturum, quia hæc utpote irrationabilis, & iniqua, & præbens occasionem captandæ mortem non valeret. *Garz. de benef. par. 10. cap. 1. num. 4. Barbof. in hoc Canone XXV. num. 4.*

3 Sed contrarium est veritas. Quoniam licet attenda juris communis dispositione Patronus nequeat præsentare ad beneficium vacaturum ob rationes, & auctoritates in Commentario deductas; tamen, quando adest contraria lex foundationis legitime approbata, & confirmata; per quam detur facultas Patrono præsentandi ad beneficium etiam vacaturum, ut est casus noster; tunc Patronus valet non solum præsentare, beneficio adhuc pleno, sed etiam promittere præsentationem alicui, & dare in specie alicui potestatem præsentandi cum vacabit. *Card. de Luc. de jurepat. disc. 64. num. 34. & resolutum fuit à S. Rota in Nicien. Beneficii 2. Julii 1706. §. Nec obstitit coram R. P. D. Kaunitz. hic impress.*

4 Non obstante, quod supradicta præsentatio fuerit facta à Clerico, & non à Laico; quia in favorabilibus, & dum agitur de simplici jure præsentandi, nomine laicorum veniunt etiam Clerici Sæculares; & illud nomen præsumitur appositum ad exclusionem Clerici, seu Ecclesiastici Regularis. *Gloss. in cap. licet verb. Sæculares de offic. Judic. Sæcular. Barbof. tract.*

tract. var. de appell. verb. appell. 205. n. 3.
 & in terminis *Rot. in Rhegien. jurispatronatus, seu Cappellania 28. Junii 1706.*
S. Nec obstat coram Eminentissimo Priolo.

5 Quod autem non valeat consuetudo præsentandi ad beneficium vacaturum, non est absolutè verum, dum solùm procedit in consuetudine ordinaria, non verò in immemorabili, vigore cujus allegari potest quicumque titulus melior de mundo; & sic vel Privilegium Apostolicum, vel lex foundationis, ut expressè docet *Card. de Luc. de jurepat. dicto disc. 64. num. 34.*

R. P. D. KAUNITZ

Ilcinen. Beneficii.

Veneris 2. Julii 1706.

F Undavit de anno 1688. Antonius Massainus in Ecclesia Parochiali S. Bartolomæi Sejani suæ Patriæ perpetuum simplex Beneficium sub invocatione S. Antonii de Padua ad Altare SS. Crucifixi, & in actu foundationis reservavit ad sui favorem juspatronatus, ac cum pacto, ut sibi liceret in vita nominare primum Cappellanum, aut Rectorem Beneficii, ac post mortem Rectoris, quem ipse nominasset, voluit juspatronatus esse reservatum ad favorem familiæ Massainæ, & alterius familiæ ab eodem Fundatore nominandæ cum aliis conditionibus, & declarationibus in defectum dictarum familiarum, prout latius in ipsa fundatione. Præter voluit, ut onus perpetuum Beneficio adjectum unius Missæ quolibet mense, non deberet incipere à se ipso, qui erat primus possessor Beneficii, & bonorum pro illius dote assignatorum, sed à primo Rectore post ejus obitum.

Successivè de anno 1693. declaravit alteram, & secundam familiam, cui voluit ut supra spectare juspatronatus Beneficii, illam scilicet de Ginnaneschis, & paulò ante sui obitum de mense Januarii 1705. in primum Cappellanum juxta reservationem sibi factam nominavit Camillum Vgurgerium in ætate annorum decem constitutum, qui sequuto obitu Domini Antonii Fundatoris obtinuit litteras Apostolicas pro nominato cum dispensatione etiam ab ætate, & è converso Rutilius Ginnaneschus major de familia

vocata ad Juspatronatus, attenta etiam renunciatione familiæ Massainæ, præsentavit Joannem Ginnaneschum, qui obtinuit gratiam Apostolicam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum, directisque utriusque literis nostro Auditorio pro executione in examine hodie habito potiora visa fuerunt jura Camilli, qui ob id obtinuit suarum literarum executionem.

6 Ipsius enim literæ sunt in omnibus justificatæ, dum de existentia Jurispatronatus nulla controversia, & verificatum constitit juxta præscriptum literarum ex illius reservatione in actu foundationis Beneficii cum approbatione Ordinarii, sicuti etiam de expressione veri valoris in eadem summa ducatorum viginti quatuor per non excessum hinc inde narrata, nominatio verò cum ex publico Instrumento apparuerit expleta ab eodem Antonino Fundatore in vim facultatis sibi reservatæ in fundatione nominandi primum Cappellanum, dubitandum non est quin literæ etiam in hac parte remaneant justificatæ, & per consequens celerem executionem promereantur ad notam, *Gloss. in cap. si capitulo verbo exequatur de concess. præben. in 6. Rota in Leodiens. seu Aquisgranen. Decanatus 20. Martii 1699. S. Impetravit coram Eminentissimo D. Cardinali Caprara, & in Cremonen. Beneficii 11. Maji 1705. S. At cum per lapsum cor. me.*

7 Absque eo quod prætendi valuerit prædictam facultatem nominandi primum Rectorem fuisse consumptam per nominationem jam semel expletam in propria persona ejusdem Antonii Fundatoris ad tradita per *Castil. contrav. tom. 6. lib. 5. cap. 183. num. 5. Signorol. consl. 88. num. 3. Rot. decis. 69. nu. 18. coram Cerr. & in Neapolitana, seu Januen. Laudi 18. Maji 1672. S. Et quatenus coram Rondinino impress. tom. 3. consult. 295.*

Et sic jus nominandi in præsentatione Beneficii transire debuisse ad familiam illorum de Ginnaneschis, qui Joannem Collitigantem præsentarunt, *Rota in Vicen. Parochialium 9. Decembris 1701. coram R. P. D. meo Scotto, & in Vicen. Canoniciatus 3. Februarii 1702. S. Quod autem coram eodem, quoniam visum fuit DD. cessare objectum ex duabus pecu-*
 liari-

liaribus circumstantiis patefacientibus reservatam facultatem nominandi primum Rectorem directam fuisse ad electionem Beneficiati, qui succedere debebat post mortem Antonii Fundatoris, non verò in ejusdem personam.

8 Prima est, quòd cum Fundator nolisset, quoad viveret, teneri ad implenda onera per eundem injecta in fundatione, noluit onus incidere debuisset à primo Rectore post ejus obitum, licet ipse deberet esse possessor omnium bonorum Beneficii, signum evidens, facultatem sibi reservatam gaudendi bonis, durante ejus vita, non intelligi tributam fuisse uti Rectori, cum alioquin debuisset injecta onera adimplere ad notum *Text. in cap. final. de rescript. in 6.*, *Rebuff. in prax. benef. gloss. 4. tit. de dispens. de non residen. nu. 2. Rota penes Vivian. de jure patronatus lib. 1. cap. 66. in fin.*, *Lara de Annivers. & Cappellan. lib. 2. cap. 8. num. 13.*, *Pax-Jordan. tom. 2., lucubratur. lib. 10. tit. 19. num. 60.*, aliud enim est habere fructus Beneficii, aliud possidere Beneficium, *Gloss. in cap. si propter tua debita verb. fructus de rescript. in 6.*, *Rot. cor. Duno. jun. dec. 295. n. 13.*

9 Altera autem circumstantia æquè stringens est Fundatori fuisse reservatum jus in vita nominandi primum Cappellanum, aut Rectorem dicti Beneficii, ex quo cum sequatur primum Cappellanum potuisse eligi ab Antonio etiam in agone, & in ultimo vitæ spiritu, ad *Text. in leg. scia §. final. ff. de donat. caus. mort.*, *Lara in compend. vit. homin. cap. 32. num. 12.*, *Menoch. conf. 1124. num. 18.*, & 19., *Surd. conf. 110. num. 9.*, *Balducc. ad Ramon. conf. 28. num. 16.*, *Rota in Rom. juris patr. 4. Decembris 1705. §. Ex quo dispositionum coram Reverendissimo D. meo Decano*, manifestum est facultatem eligendi, & nominandi primum Cappellanum non potuisse intelligi nisi de illo, qui post Fundatorem successurus erat, cum, & idem primus post eundem tanquam non habens alium intermedium futurus fuisset, *Rebuff. in leg. prox. appell. 155. §. Idem primus ff. de verbor. signific.*, *Tiraquell. de primog. qu. 3. n. 6. vers. quod is dicitur*, *Fagnan. in cap. cum autem n. 11.*, & 12. *de jurep.*, *Lambertin. eod. tract. lib. 2. par. 2. qu. 7. art. 21. nu. 6.*, *Rota cor. R.P.D. meo*

Ansaldo dec. 52. sub n. 15., præcipuè cum Fundator voluerit possidere Beneficium absque onere Missarum, & primum Rectorem eum dumtaxat vocaverit, qui habiturus erat Beneficium cum proprio onore; ideoque facultas nominandi primum Rectorem semper intelligi debet restricta respectu tertii, non autem sui ipsius *Gabr. com. conclus. lib. 6. tit. de verb. signif. conclus. 9. per tot.*, *Menoch. conf. 182. n. 2. Afflict. dec. 319. nu. 8.*, & 9., *Gonzal. ad regul. 8. §. 2. proam. n. 38.*, *Rot. dec. 241. n. 5. p. 1. divers.*

Et quatenus res etiam pateretur aliquam dubietatem, cum Fundator deveniret ad nominationem Camilli sub expressa declaratione, quòd inter alias conditiones appositas in erectione voluerat ad sui libitum esse, & ab ejus voluntate, & arbitrio pendere, etiam ipso vivente, electionem, & præsentationem ejus futuri Rectoris in dicto Beneficio, nemo inficias ierit, quin ex tali declaratione non fuerit explicata qualis fuerit intentio usque ab initio non comprehendi sub nomine primi Rectoris se ipsum ratione facultatis sibi competentis, & reservatæ etiam ex intervallo se explicando, & declarando circa leges ab eo appositas in limite fundationis, *Card. de Luc. de jurep. dist. 16. n. 5.*, & *de fideic. dist. 179. n. 10.*, *Rot. cor. Bich. dec. 252. n. 25.*, & in *Romana Donationum 4. Junii 1700. §. vel cum in omnem cor. R.P.D. dell'Olmo.*

Nec obstitit nominationem Camilli factam fuisse de tempore, quo Antonius Fundator possidebat Beneficium, & sic tanquam Beneficio pleno, & continentem speciem quandam expectativæ pro irrita habendam fuisse, ac si non emanasset juxta Sancita in Sacro Concilio Tridentino sess. 24. cap. 19. *de reform.* cum ibi notat per *Barbos. Gonzal. ad reg. 8.*, *Can-cell. §. Proam. n. 57.*, & *seqq.*, *Rota coram Merlin. dec. 855. n. 4.*, adeò ut factus fuerit locus præsentationi factæ post vacationem ad favorem Ginnaneschi *Rota in Gracovien. Præpositura 26. Martii 1703. §. Nec ea cor. R.P.D. meo Omanna*, quandoquidem ultra quòd posita retentione bonorum permessa Fundatori absque ullo onore adjecto successoribus in Beneficio ipse Fundator non erat habendus pro Rectore Beneficii, ideoque nominatio primi Re-

Reſtor is in perſonam Camilli non poterat dici facta ante vacationem Beneficii, ſed remanet pura deſignatio primi Reſtoris, quæ paſſim per Fundatores fieri ſolet, adhuc tamen cum talis facultas nominandi in vita fuerit reſervata in limine foundationis, valida omnino reputari debet, ex quo valent Fundatores adſcribere conditiones, & leges etiam Sac. Canonibus, & juri communi contrarias Card. de Luca de jurep. diſc. 54. n. 34., & in Summa n. 129., Pax. Jordan. to. 2. elucubr. lib. 10. tit. 7. num. 274., Adden. ad Gregor. de diſc. 410. n. 9. in fin. Rot. cor. Burat. dec. 21. n. 2. & 3., & dec. 553. n. 4., & dec. 1000. pariter n. 4. cor. Emer. jun.

- 12 Minuſque vim facit Camillum de tempore nominationis non fuiſſe Clericum, nec conſtitutum in ætate legitima 14. annorum ad obtinenda Beneficia ſimplicia juxta Concil. Trident. ſeſ. 23. de reform. cap. 6., Ciarlin. controuv. for. lib. 1. cap. 53. n. 48., Rot. dec. 392. n. 1., ac etiam carere requiſitis originis Terræ Sejani, cui ratione prælationis conceſſæ in foundatione Civibus dicti loci non potuerit præcipuè ex intervallo ab erectione Fundator præjudicare Tondut. qu. benef. par. 1. cap. 54. n. 6., Garz. de benef. par. 5. cap. 6. num. 68. & 69., Rota cor. Duno. junior. dec. 387. n. 2. & ſeqq., & cor. Merlin. de diſc. 518. n. 4. & in rec. dec. 37. n. 2. & 318. num. 13. par. 7., & dec. 316. n. 18. 23., & ſeqq. p. 10., & dec. 372. num. 16., & 17. par. 11., quod operari debeat, ut jure ſaltem devolutionis nominari potuerit Ginnaneſchus pollente tam ætate legitima, quàm qualitate originis, cui ob id debita ſit prælatio Vivian. de jurep. lib. 6. capit. 9. n. 9., Card. de Luca eod. tract. diſc. 18. n. 38., & diſc. 64. n. 39., Rot. cor. Duran. dec. 8. n. 5., & cor. Manzaned. dec. 718. à n. 1., & in Cracovien. Parochialis 14. Maji 1696. §. Ex lege in fine coram bo. me. Pio.

Quia in ordine ad ætatem cum Camillus obtrinerit à Sanctiſſimo diſpenſationem, & adeptus fuerit etiam Clericatum tempore habili, ſatis eſt ad effectum, ut locum habere debeat gratia ad ejus favorem emanata juxta vulgatas regulas præſcribentes ſatis eſſe capacitatem ſupervenire de tempore collationis, nec requiri in actu nominationis Ventrigl. in prax.

rer. notab. par. 2. annot. 6. §. 1. n. 8., Campanil. in diverſ. jur. cauſ. rubr. 7. cap. 6. n. 3., Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 47. n. 92. Marant. reſp. 85. n. 26. par. 5. Qualitas verò originis Terræ Sejani cum non fuerit requiſita niſi in providendis ab Epifcopo, cui voluit devolui jus conferendi in caſu deficientiæ utriuſque familiæ, quibus reſervaverat juſpatronatus activum ibi -- In mancanza della prima come dell'altra famiglia da nominarſi vuole che detto beneficio, o Cappella ſi conferiſca in qualunque volta, o tempo vaccherà dalli Veſcovi pro tempore di M. Alcino, con queſto però ſia Chierico, o Sacerdote di detto luogo -- Ex hoc ſequitur dictam legem non debere afficere alios Patronos, & præſertim ipſummet fundatorem Card. de Luca de jurepat. diſc. 90. num. 4., Carol. Ant. de Luca de linea legali artic. 24. num. 22., Modern. Roman. diſcept. Eccleſ. 19. num. 9. & 10. & in Carvergon. num. 37., Rota de diſc. 365. coram Cavalier.

Ex his ſicuti clarè apparuit de ſubſiſtentia in omnibus ſuis partibus literarum Camilli, ita in conſequentiam inexecutablem remanſerunt illæ Joannis tanquam ſubreptitiæ, cum in illis reticentum fuerit jus præſentandi pro prima vice Reſtorem ſpectaſſe ad fundatorem, qui præſentaverat Camillum. Rot. dec. 270. num. 7. & 8. coram Priol., & alibi paſſim Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Fruſtus Eccleſiæ Patronalis vacantis exacti, & non conſumpti, vel inexacti, & pendentes ante obitum Reſtoris Regularis, vel decurrentes à die obitus, & vacationis uſque ad novam collationem ejusdem Eccleſiæ, ad quem ſpectent?

SUMMARIUM.

- 1 Beneficiatus de redditibus neceſſariis ad ejus congruam ſuſtentationem, ſi aliquid propria parſimonia detraxit, poteſt id donare conſanguineis, & de eo dotare ſorores.
- 2 Beneficiatus decedens in Urbe, aut ejus diſtrictu diſponere poteſt tam inter vivos, quàm in ultima voluntate de bonis provenientibus ex redditibus beneficii.

Bene-

- 3 Beneficiatus an habeat dominium fructuum beneficii, & an comparetur usufructuario? & num. 8.
- 4 Votum paupertatis an vires suas porrigat extra claustra?
- 5 Religiosus effectus Parochus desinit esse sub obedientia Prelati Regularis, & subjicitur Diocesano.
- 6 Canonicus Regularis, aut alius Religiosus effectus Parochus, peculium intuitu Parochiae acquisitum ad heredes tam ex testamento, quam ab intestato transmittere non potest. Amplia ut num. 7.
- 9 Fructus Ecclesiae Parochialis à Canonico Regulari exacti, & non consumpti, eo defuncto spectant de jure communi vel ad Monasterium, vel ad Ecclesiam, & n. 10.
- 11 Ubi verò viget jus spoliolum spectat ad Rev. Cameram.
- 12 Fructus Ecclesiae Parochialis de tempore, obitus Rectoris maturati, & inexacti spectant ad Rev. Cameram.
- 13 Fructus Ecclesiae Patronalis vacantis decurrentes à die vacationis usque ad novam hujus provisionem spectant de jure communi ad successorem in beneficio; secus ubi viget jus spoliolum, & num. 17. Amplia ut num. 18. Limita ut num. 21. & 25.
- 14 Spolia unde originem habuerint, & quid sint? Vide ibi, & num. 15.
- 16 An ad hoc ut fructus Ecclesiae, aut beneficii vacantis spectent ad Rev. Cameram requiratur quòd in Diocesi sint Collectores, aut Subcollectores spoliolum, & num. 20.
- 19 Nomine Spoliolum veniunt etiam illi fructus, qui à die vacationis beneficii ad collationem percipiuntur.
- 21 Fructus decurrentes à die vacationis beneficii usque ad hujus novam provisionem non spectant ad Rev. Cameram, si adsit consuetudo immemorabilis in contrarium; & quae sint requisita hujusmodi immemorabilis. Vide num. 22.
- 23 Lex Ecclesiastica an, & quando, etiam non recepta, suum robur habeat, & efficaciam. Vide ibi, & num. 24.

CASUS IV.

Quidam Canonicus Regularis ad Ecclesiam Parochialem saecularem de Jurepatronatus ex dispensatione Apostolica legitime promotus; eam per mul-

ti temporis decursum retinuit; nuper autem vita functus, & vacata per ejus obitum dicta Ecclesia Patronali, magnum post se reliquit peculium ex redditibus, & fructibus ejusdem Ecclesiae coadunatum, & exactum, quod in testamento reliquit propriis consanguineis. Quaeritur

Primò -- An iste Canonicus Regularis potuerat in morte de hoc peculio disponere, & ad heredes tam ex testamento, quam ab intestato illud transmittere? Et quatenus negativè.

Secundò -- An, & ad quem spectet hujusmodi peculium?

Tertiò -- Fructus, qui à die vacationis Ecclesiae Patronalis usque ad ejus novam provisionem decurrunt, & colliguntur, ad quem pertinent?

Super quibus requisitis à quodam Reverendissimo Abbate Religionis Canonico Regularium quid pro veritate sentirem, censui prout infra de jure consulendum; Et quidem quoad primum dubium respondendum videtur affirmativè; etenim Parochus, & quivis alius Beneficiatus, licet non possit ad libitum disponere de redditibus superfluis Parochiae, five beneficii; sed teneatur eos erogare determinatè in alimoniam pauperum, & in alios pios usus, tamen de redditibus necessariis ad ejus congruam, & decentem sustentationem, & qui ex SS. Canonum dispositione pro sui, suorumque victu, & vestitu sibi obveniunt, si aliquid propria parsimonia detraxit, potest id donare etiam consanguineis, imò de eo dotare sorores, vel alias consanguineas, & aliter disponere, juxta Text. in cap. studeat in fin. dist. 50. & cap. 1. de cohabit. Cleric. & mulier. Fagnan. in cap. si quis sanè num. 19. de pecul. Cleric. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib. 2. par. 6. cap. 15. nu. 2. Layman. Theolog. Moral. lib. 4. tract. 1. c. 3. num. 2. ibi -- Redditi Ecclesiastici, quatenus prudentis Viri arbitrio, Beneficiato necessarij sunt ad honestam, & decentem vitae sustentationem, pleno jure ad ipsum pertinere non minùs quàm bona patrimonialia, adeò quidem ut si ex victu, aliisque competentibus impendiis aliquid propria parsimonia detrahat, de eo arbitrato suo disponere possit, dando v. g. consanguineis.

Maximè si adesset consuetudo, quòd Beneficiatus possit testari de acquisitis ex

bene-

beneficio, aut quod consanguinei in eis succedant. *Calderin. conf. 2. de pecul. Cleric. num. 2. prope fin. ibi -- Puto concludendum, quod si loci consuetudo specialis, vel Ecclesia sit, quod consanguinei succedant in fructibus perceptis, & separatis à solo illa servetur -- Garz. de benefic. par. 2. cap. 1. num. 11. & seqq.* Aut si idem Parochus, sive Beneficiatus decederet in Urbe, aut ejus districtu intrà decem milliaria, tunc enim iste vigore Bullæ Pauli V. edit. 8. Aprilis 1606. incipien. *In eminenti liberè possit de bonis provenientius ex redditibus beneficii tam inter vivos, quam in ultima voluntate disponere, ut testatur Fagnan. in cap. si quis sanè de pecul. Cleric. num. 24.* Eique intestato succedere deberent hæredes ab intestato. *Gloss. in cap. Presenti de offic. Ordin. in 6. Covar. var. res. lib. 1. cap. 15. num. 12. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 44. num. 30. Barbof. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 117. nu. 6. Bellett. disquisit. Cleric. par. 1. tit. de bonis Cleric. §. 15. num. 2. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib. 1. par. 3. cap. 35. num. 2.*

3 Ea ratione, quia Beneficiatus acquirit dominium fructuum, & reddituum sui beneficii, eosque facit suos. *Text. in cap. unic. de Cleric. non residen. in 6. Concil. Trident. cap. 12. versic. praterea obtinentibus ses. 24. de reform. Garz. de Benef. par. 2. cap. 1. n. 5. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib. 2. par. 6. cap. 15. num. 1. & comparatur usufructuario, qui sicuti facit fructus suos jam collectos, & à solo separatos, & eos transmittere potest ad hæredes. L. arboribus S. Julianus ff. de usufruct. Gloss. in cap. si propter verb. primi, & in cap. presenti verb. reservari de offic. Ordin. in 6. ita & Beneficiatus poterit ad hæredes eisdem fructus transmittere.*

Neque hanc facultatem liberè disponendi de hujusmodi redditibus Ecclesiasticis poterat impedire votum paupertatis, seu status Religiosus, in quo reperiebatur præfatus Canonicus; quoniam status Religiosus, seu votum paupertatis abdicationem proprietatis imponit Religioso tamquam Religioso, non autem tamquam Parocho; unde eo ipso, quod de licentia Summi Pontificis idem Canonicus Regularis fuit promotus ad Ecclesiam Parochialem sæcularem, videtur ei communicata fuisse facultas liberè disponendi

nendi de redditibus Parochiæ ad instar 4 Parochi sæcularis, & votum paupertatis ab eo emissum intrà claustra Religionis, ubi non habet nec velle, nec nolle *Cap. si Religiosus de elect. in 6. cap. fin. in princip. de testam. in 6. Rot. decis. 360. num. 10. coram Manzanedo; vires suas non porrigere extra claustra, Fagnan. in cap. Monachi de stat. Monach. num. 41. Layman. Theolog. moral. tract. 5. cap. 7. n. 17. ibi -- Quod Religiosus Beneficiarius ita disponere possit de fructibus sui Beneficii, sicuti sæcularis Beneficiarius -- R. P. D. Petra in Comment. ad Constit. Apostol. XI. Clementis IV. num. 8. & seqq. tom. 3. pag. mihi 437.* 5 Eodem modo, quo vires suas non porrigit extra claustra votum obedientiæ, dum Religiosus effectus Parochus, seu Rector Ecclesiæ sæcularis desinit esse sub obedientia Prælati Regularis, & subjicitur Diocesano adinstar Parochi sæcularis, juxta, *Gloss. in Clement. I. S. Ad hæc verb. claustrum de stat. Monach. Abb. in cap. Monachi de stat. Monach. n. 4. & in cap. final. de Cappell. Monach. num. 2. Roderic. quest. Canonic. & Regul. tom. 1. qu. 34. artic. 7. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 7. nu. 17. ibi -- Atque hæc assertio prorsus indubitata est, si loquamur de Regulari v. g. Canonico translato cum Episcopi, vel Pape licentia ad Ecclesiam sæcularem, quia talis quodammodo desinit esse sub obedientia Prælati Regularis, & incipit subesse Ordinario Diocesano -- Et dixi superius Caf. II. num. 33.*

6 Verum his non obstantibus censeo de jure dicendum supradictum Canonicum Regularem non potuisse in morte de dicto peculio intuitu Parochiæ acquisito disponere, & ad hæredes tam ex testamento, quam ab intestato transmittere. Etenim à jure canonico est ei interdicta factio activa testamenti, & prohibitum testari de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis juxta, *Text. in cap. cum in officiis cap. Quia nos, & cap. Relatum de testam. Divus Thomas 2. 2. qu. 185. art. 8. ad 3. ibi -- Testamentum autem nullo modo facere potest, quia sola ei dispensatio committitur rerum Ecclesiasticarum, quæ morte finitur -- Layman. Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 3. n. 11. ibi -- At verò mortis causa donare, aut testare de Ecclesiasticis redditibus, aut bonis patrimonialibus, vel quacumque industria acqui-*

acquisitis Regulari Beneficiato permiffum non est, nifi Papa difpenfet, feu licentiam tribuat -- Roderic. qu. Canonic. & regul. tom. 3. qu. 69. art. 8. Rodoan. de fpoliis Cleric. qu. 7. ante n. 1. Barbof. de offi. & potest. Epifcopi par. 3. alleg. 114. num. 20. R. P. D. Petra in comment. ad conftit. Apoftolic. Benediæti XII. feæt. 1. tom. 4. pag. mihi 155. n. 25. & in comment. ad Conftit. XI. Clement. IV. num. 38. tom. 3. pag. mihi 443. Rota decif. 109. num. 5. coram Ludovif.

7 Immo non folùm Regulares promoti ad Beneficia fæcularia funt inftabiles, verùm etiam, fuppreffa Religione, Regulares ab ea ejeæti testari non poffunt, ut refolutum fuiſſe à Sac. Congregatione Concilii in dubiis votorum 13. Maji 1679. lib. 30. decret. fol. 307. ad 2. refert R. P. D. Petra ubi fuprà d. tom. 4. pag. mihi 156. n. 29.

8 Ea verò, quæ fuperiùs pro ratione dubitandi in contrarium objiciebantur, procedunt inter vivos, non verò caufa mortis, nimirum quod Beneficiatus five Regularis, five fæcularis poſſit de redditibus Eccleſiaſticis diſponere in vita, non autem in morte, quia licet non habeat verum dominium illorum reddituum, habet tamen liberam adminiſtrationem illorum in honeſtum uſum, & in vita comparatur uſufructuario, in morte verò uſuario, ut bene reſpondit, Navar. conſil. lib. 3. de donat. conſ. 6. n. 3. ibi -- Quod licet Religioſus habens Beneficium regulare, vel fæculare poſſit donare intuitu paupertatis, pietatis, vel remunerationis inter vivos, non tamen poteſt per ultimam voluntatem, neque per donationem caufa mortis, quæ quoad hæc æquiparatur -- Vincent. Filiucius de ſpoliis Cleric. cap. 4. n. 1. Lezzan. in ſum. tom. 1. par. 1. cap. 17. n. 6. R. P. D. Petra ubi fuprà tom. 3. pag. 439. num. 19. Rota decif. 115. num. 8. par. 4. tom. 2. recentior.

9 Quoad ſecundum dubium verò cenſeo reſpondendum inſpecto purè, & ſimpliciter jure communi hujusmodi peculium, feu ejus ſpolium ſpectare, vel ad Monafterium, vel ad Eccleſiam Parochialem, cujus iſte Canonicus erat Parochus; Si quidem, aut Eccleſia Parochialis eſt pleno jure unita Monafterio, & ab eo dependens, & tunc ſpectat ad Monafterium, ut

docet Boer. dec. 224. n. 7. propè fin. ibi -- Ergo idem dicendum in iſtis bonis per Monachos Beneficiatos relictis, quæ cedere non debent Firmario, ſed Monafterio, & Abbati, quibus de jure competunt -- & n. 10. ibi -- Igitur concludendum videtur ſpolia Monachorum ſpectare, & pertinere debere ad Abbatem, & Monafterium -- R. P. D. Petra ubi fuprà tom. 4. pag. 158. num. 38. Aut vero eſt omnino independens, & nullatenus ſubjecta Monafterio, & Ordini, & tunc iſtud peculium ſpectare debet ad Eccleſiam Parochialem, cui ipſe Canonicus Regularis, tamquam Parochus inſervivit juxta Textum expreſſum in cap. ſtatutum 18. qu. ibique Gloſſ. verb. ſtatutum, Abb. in cap. ne Religioſi de Regul. n. 3. Bald. conſ. 298. vol. 1. nu. 1. ibi -- Aut eſt talis Prelatus, qui non poteſt habere proprium v. g. quia eſt Monachus, vel Canonicus Regularis, & tunc acquirit Eccleſia -- Barbof. de offi. & potest. Epifcopi par. 3. alleg. 114. n. 20. & 28. & in cap. Statutum 18. quæſt. 1. n. 14. Lazzan. in ſum. to. 1. par. 1. cap. 17. n. 16. & par. 2. cap. 18. nu. 15. Capon. diſcept. 97. tom. 2. num. 13. R. P. D. Petra ubi fuprà tom. 3. pag. 443. n. 38. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 7. n. 17. in fin. Roderic. qu. Canonic. & Regular. qu. 34. art. 7. tom. 1. ibi -- Reſpondeo dicendo, quod Religioſus præſertim Canonicus Regularis non ſimplex, ſed Beneficiatus quærit ſua Eccleſia, vel Beneficio, quod non ſubeſt Monafterio ſuo, vel ordini, quem profeſſus eſt -- Roz. in Cathacen. ſeu Sueſana ſpolii 22. Februarii 1715. S. Et quidem cor. R. P. D. Cerro.

11 Si autem Eccleſia Parochialis ſita ſit in loco, ubi viget jus ſpoliorum Camera- lium, tunc dictum peculium non ſpectat neque ad Monafterium, neque ad Eccleſiam Parochialem, ſed ad Camera- Apoftolicam, quæ ſuccedit in quibuſcumque bonis Religioſi beneficiati extra Clauſtra viventis juxta Conſtit. 43. Gregorii XIII. incipien. officii noſtri tom. 2. Bullar. de Mariniſ reſol. jur. lib. 2. cap. 195. num. 11. Capon. diſcept. 256. num. 6. & 15. tom. 4. Laurentius de Portel. tom. 1. de dub. regul. in verb. bona in addit. fol. 71. Garz. de benef. par. 2. cap. 1. num. 16. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib. 1. par. 3. cap. 35. num. 10. Rodoan. de ſpoliis Cleric. quæſt. 6. num. 16. ibi -- Per quæ puto poſſe dici, quod portio

portio de redditibus Ecclesiæ assignata Clerico pro victu est sua ipsius Clerici, si ea utatur, & non aliter &c. unde si per eum non expendatur, vel alias præservetur, non intelligitur per supradicta sibi, vel hæredibus reservata, vel acquisita, sed Ecclesiæ &c. unde in hujusmodi relictis succedit Ecclesiæ, & loco illius Camera Apostolica, hodie in locum Ecclesiæ, vel successoris sufficit -- & quæst. 17. num. 2. Vincentius Filiucius de Spoliis Cleric. cap. 6. num. 1. ibi -- Quæro primo cui debeantur spolia beneficiati Regularis; Dico eorum spolia jure antiquo Monasterio debebantur &c. cum ergo jure novo, loco Monasterii suffectus sit Fiscus Apostolicus, illi jam debentur &c. Quod tamen intellige cum duplici limitatione; Prima nisi Regularis decedat in Curia, tunc enim ipsius bona à Camera Apostolica non capiuntur, sed illi cedunt, cui jure communi debentur ab intestato, nempe Monasterio; Secunda limitatio nisi habeat speciale Privilegium testandi, ad hoc ipsum specialiter concessum -- R. P. D. Petra ubi supra, tom. 3. pag. 443. num. 39. ibi -- Ubi autem adest jus spoliolum Cameralium, tunc Camera succedit in quibuscumque bonis tam intuitu Ecclesiæ acquisitis, quam patrimonialibus --

- 12 Quod procedit etiam respectu fructuum Ecclesiæ Patronalis, qui de tempore obitus Rectoris, sint maturati, & inexacti; Hujusmodi enim fructus quamvis Julius Tertius per ejus Constitutionem incipien. Cum scit de qua Bullar. nov. tom. 2. in ordine la 7. determinaverit esse adjudicandos non hæredi, sed successori in beneficio; ea potissimum ratione, quia quoad usque existunt in manibus eorum, qui eosdem conservant, uti provenientes ex Ecclesiis, & Beneficiis, quemadmodum pro fructibus Ecclesiasticis habentur, ita, & propterea pertinere censendi sunt, non ad hæredes, sed ad successores in beneficiis; Tamen quia postmodum animadversum fuit, quod damnaunt ex prædicta Constitutione imminere Camera Apostolicæ, aliam Constitutionem præcedentis declaratoriam idem Summus Pontifex edidit, in qua decrevit primam à se editam Constitutionem locum habere in illis locis, in quibus observatur jus commune, non autem in cæteris in quibus Camera Apostolica

Pars II.

obtinere jus spoliolum, Collectoresque spoliolum consuevit deputare; in his enim locis fructus beneficii, aut Ecclesiæ inexacti, & maturati à die obitus spectare debent ad Rev. Cameram, & non ad hæredem beneficiati, aut ad ejus successorem ut colligitur ex verbis ejusdem Constitutionis per extensum relat apud Redoan. de spoliis quæst. 5. pag. mibi 187.

- 13 Descendendo denique ad examen tertii dubii; absolute, & generaliter dicendum videtur fructus decurrentes à die vacationis Ecclesiæ, sive beneficii patronalis, usque ad novam hujus provisionem spectare ad successorem in beneficio: Clara namque est in terminis Ecclesiæ Patronalis dispositio Textus in cap. cum vos de offic. ordin. ubi statuitur, quod fructus, qui percipiuntur à die obitus Beneficiati ad collationem fideliter colligendi sunt ab OEconomis, & deinde consignandi successori in beneficio ibi -- Cum vos &c. Fraternitati vestræ mandamus, quatenus si quando in vacantibus Ecclesiis, in quibus Ecclesiastica persona presentationem non habet, vel quia persona minus idonea præsentantur, vel alia de causa de jure personas non poteritis in eis instituere, appellatione remota ponatis æconomos, qui debeant fructus percipere. & eos, aut in Ecclesiarum utilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reservare -- cui consonat Text. in cap. quia sæpe de elect. in 6. cap. præsent. de offic. ordin. in 6. Et distinguendo spolia beneficiati præmortui à redditibus beneficiorum tempore vacationis provenientibus firmanunt Navar. de spoliis Cleric. §. 10. num. 1. & seqq. Fagnan. in dicto cap. cum vos num. 23. de offic. ordin. Amulaz. de caus. piis lib. 8. cap. 14. n. 4. & seq.

- 14 Neque respectu horum fructuum locum habere valent spolia favore Cameræ Apostolicæ, cum ipsi sub nomine, & appellatione spoliolum venire non possent videntur; sive attendatur eorum Origo, sive definitio; Et quidem attempta eorum origine; hæc refertur ad Innocentium Quartum Summum Pontificem, qui audiens tres Archidiaconos in Anglia intestatos decessisse grandi thesauro relicto, Statutum condidit, ut intestati Clerici, bona deinceps in vfu Papæ convertentur, uti narrat Michael, Roussel. histor. Jurisdict.

dict. Pontif. lib. 5. pag. mihi 563. Vel ad Clementem VII., qui Avenionæ Sedens, exors omnino Patrimonii Romanæ Ecclesiæ in Italia, ut triginta sex Cardinales suæ factionis sustentare posset, & commodius valeret obistere Urbano VI., cepit sibi reservare pingua quæque beneficia, & spoliatum Episcoporum, tum Abbatum, tum Beneficiatorum morientium, uti ex Chronico Sandyonisiano in vita Caroli VI. inquit Thomassin. de benef. par. 3. lib. 2. cap. 57. num. 5. Atten-
 15 ta verò spoliolorum definitione; ipsa definiuntur bona Ecclesiastica à Prælati in-
 tuitu Ecclesiæ immediatè, vel mediatè quæsitæ, & ante eorum mortem justè ab eis non impensa, nec distributa, uti satis accuratè perpendunt Navar. in Comment. de spoliis §. 1. num. 2. lib. 3. cap. 11. num. 1. Amostaz. de caus. piis lib. 8. cap. 14. num. 2. Rot. coram Seraph. decis. 594. num. 15. Ac proinde patet nomine spoliolorum venire illos fructus usque ad obitum beneficiati decurfos non impensos sive sint exacti, sive non exacti, non verò venire fructus decurrentes, & qui colliguntur à die dicti obitus, usque ad novam collationem.

Fortius hujusmodi fructus spectarent ad successorem in dicta Ecclesia Parochiali, & eos prætere non posset Rev. Camera si in loco, ubi sita est eadem Ecclesia non adsint Collectores, aut Sub-
 16 collectores spoliolorum; dum Beneficio-
 rum vacantium fructus Cameræ adjudican-
 tur tunc solum cum in Diocesi existunt dicti Collectores, aut Subcollectores, prout firmant Massin. de confiscat. quest. 16. num. 5. & seq. Vivian. de jurepat. par. 3. lib. 14. cap. 8. num. 9. de Marin. resol. lib. 1. cap. 152. num. 15. Rot. dec. 593. coram Seraph.

17 His tamen minimè attentis respon-
 dendum venit etiam hujusmodi fructus spectare ad Rev. Cameram, non autem ad successorem si dicta Ecclesia Parochialis de jure patronatus sita sit in Diocesi, ubi viget jus spoliolorum; Ita namque Statutum fuit non solum à præfata Constitu-
 tione Julii III. verum etiam ab altera S. Pii V. quæ incipit *Cupientes*, & est la 32. Bullar. tom. 2.; quæ licet propriè loqua-
 tur de beneficiis vacantibus in Italia, sed affectis, extenditur tamen à Doctoribus

ad omnia, & quæcumque beneficia vacantia. Azor. instit. Moral. tom. 2. lib. 8. Et ab altera Sixti V. incipien. *In conferendis la 100. §. 20. Bullar. tom. 2.* in qua indistinctè reservantur Cameræ Apostolicæ fructus supra dicti; & quamvis in ea Bulla sermo sit de Beneficiis reservatis Regni Neapolitani, Doctores tamen eam promiscuè sumunt, & extendunt ad cætera quæcumque beneficia Bonacin. oper. moral. tom. 2. disp. 3. de contract. quest. ultim. punct. 3. propof. 1. num. 3. Panimoll. decis. 20. adnot. 2. num. 2. Amostaz. de caus. piis lib. 8. cap. 14. num. 4. & 5.

18 Et quidem prædicti fructus decurren-
 tes à die obitus beneficiati usque ad novam collationem spectant ad Rev. Cameram etiam si à Beneficiatis esset obtenta exemptio à spolio, aut facta aliqua compositio cum Camera, quia stare possunt simul exemptio à spolio, compositio cum Camera, & reservatio prædictorum fructuum eidem Cameræ, ut in puncto animadvertit Bonacin. oper. moral. tom. 2. disp. 3. de contract. quest. ultim. punct. 3. propof. 1. sub num. 3. §. Primo fructus; & satis apertè colligitur ex allegata Constitutione Sixti V. *In conferendis §. 20.*, ubi præfati fructus applicantur Cameræ etiam in Diocesis, quæ pactum, cum dicta Ecclesia iniverunt. Quod confirmatur exemplis, in Regno siquidem Neapolitano, non obstante compositione facta cum Camera Apostolica, tam fructus inexacti tempore mortis beneficiati, quam qui à die mortis ad collationem percipiuntur, spectant ad Nunzium exigentem nomine Cameræ uti decernitur in alia Bulla Sixti V. incipien. *Cum sicut la 90. Bullar. tom. 2.* Immo cum san. mem. Innocentius XII. Archiepiscopos, & Episcopos prædicti Regni speciali privilegio exemerit à spolio; hoc tamen pariter minimè obstante fructus inexacti, necnon fructus maturantes tempore vacationis pertinent ad Cameram, ut legitur in Collect. ad Bullar. ejusdem Pontificis Bull. 23. §. *Cupientes*, & §. *Per præsentis*.

Hinc non obstant ea, quæ superius in contrarium objiciebantur; Quoniam nomine, & appellatione spoliolorum quamvis propriè loquendo, veniant illi fructus, qui usque ad obitum beneficiati sunt exacti, & inconsumpti, aut inexacti,

19 ſci, & adhuc pendentes, tamen improprie ſpoliorum nomine comprehenduntur etiam illi fructus, qui à die vacationis beneficii ad collationem percipiuntur; & uti talia ad Cameram Apostolicam pertinent. *Filluc. oper. moral. tom. 3. tract. 43. de ſpoliis cap. 6. quæst. 5. Barboſ. de jur. Ecclef. lib. 3. cap. 17. sub num. 62.* Etiam ſi
 20 in ea Diœceſi, aut regione non eſſent deputati ſpoliorum Collectores, aut Subcollectores; Etenim Paulus Tertius in Conſtitutione Romani Pontificis la 29. §. 2. *Bullar. tom. 1.* expreſſè ſtatuit, quòd Camera etiam ſi in aliquibus regionibus non conſueverit Collectores, aut Subcollectores deputari, valeat hoc non obſtante ſpolia exigere; Et Sixtus V. in dicta Conſtitutione *In conferendis la 100. Bullar. tom. 2.* poſuit in libertate, & arbitrio Theſaurarii conſtituere Collectores, aut Subcollectores; Igitur ex eo quòd fuerit omiſſum huiusmodi Collectores deputare; deduci non poteſt, quòd ſpolia non pertineant ad Cameram; cùm ex omiſſione actuum facultativorum nullum præjudicium afferri poſſit omittenti, juxta *Rot. decif. 162. n. 10. coram Ludoviſ. ibique Adden. num. 16. & decif. 104. num. 37. coram Priolo.*
 21 Supradicta tamen conſuſio, quòd fructus Eccleſiæ Parochialis, aut aliorum beneficiorum vacantium ſpectent ad R. Cameram, non autem ad Succellorem limitatur in duplici caſu; Primò in caſu quo adeſſet contraria conſuetudo immemorabilis, vigore cujus allegari poteſt Privilegium Apoſtolicum, aut quilibet alius titulus magis beneſiſus juxta *Joan. Beltran. in propugnat. Eccleſiaſt. libert. & Pontif. poteſt. §. 7. §. Aſſert. num. 3. Adden. ad decif. 14. num. 19. par. 3. recent.* nimirum, in caſu quo Beneficiati concludenter probarent, quòd in eorum Diœceſi non habeant locum Conſtitutiones Apoſtolice reſervantes Camera fructus Beneficiorum vacantium; ſiquidem communiter à Doctõribus admittitur, quòd hæ ſimilesque conſuetudines, utpote juri communi conformes, & conſonæ derogent prædictis Conſtitutionibus, & Bullis uti fuſè probat *Azor. inſtit. moral. lib. 8. tom. 2. cap. 4. quæst. 3.*; atque omiſſis Regnis, & Civitatibus, quæ non ſunt pleno jure ſubjectæ Summo Pontifici; in

Civitate Avenionenſi, & Comitatu Venuſino præallegatæ Conſtitutiones ex vi conſuetudinis immemorabilis carent robore, & efficacia. *Tondut. quaſt. benef. tom. 1. cap. 95. num. 22. & ſeqq.* Et licet ſpoliorum jura in tota Italia recepta ſint cedantque Fiſco Pontificio. *Cabaſſus. in Theoric. & prax. jur. can. lib. 5. cap. 24. num. 5.* in ſtatu tamen Mediolani praxis, & conſuetudo immemorabilis obtinuit, ut fructus inexacti tempore mortis beneficiati ſint hæredum, & maturantes tempore vacationis ſint ſuccellorum in Beneficiis. *Adden. ad Buratt. decif. 852. nu. 7.*; & generaliter, quòd ita ſervandum ſit, quando aſſiſtit præſcripta conſuetudo probat *Rot. coram Duran. decif. 304. num. 2.*

22 Ad concludenter autem probandam huiusmodi immemorabilem, inducendi ſunt Teſtes omni exceptione majores, & qui deponant cum requiſitis, de quibus *Gloſſ. in cap. 1. verb. memoria de præſcript. in 6.* Quòd ſcilicet per quadraginta annos in Diœceſi viderunt, quòd fructus beneficiorum vacantium colligebantur ab Oeconomo, conſignandi deinde ſuccellori in Beneficio, & nullatenus transmittendi ad Cameram Apoſtolicam. Quòd, & à majoribus ſuis audiverunt rem ita ſemper geſtam fuiſſe, quòd nec audiverunt, nec viderunt aliquid in contrarium; & quòd ſi aliter res ſe habuiſſet, ipſi audiviſſent, & vidiſſent; Quòd talis erat publica vox, & fama antequam ad examen accederent; Quæ ſatis eſſe dicuntur, ut ad normam citatæ Gloſſæ conſtituatur perfectæ probatio immemorabilis; *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 100. num. 10. Covar. in Regn. poſſeſſor. par. 2. §. 3. num. 7.*; Abſque eo quòd opus ſit, quòd Teſtes explicite deponant de ſingulis, dummodò verbis æquipollentibus de ſupradictis omnibus teſtentur juxta *Theoric. Bart. in l. celfus num. 25. ff. de uſu cap. quam implectitur Rota coram Pamphil. decif. 304. n. 3.*

Nec taliter probata immemorabili, obſtare aliquo modo poterunt Conſtitutiones Apoſtolice reſervantes Camera fructus beneficiorum vacantium; quia licet ſit ſpeciale in Legibus Eccleſiaſticis, quòd etiam non receptæ ſuum robur habeant, & efficacia, uti docuit *Zabarella.*

rell. in Proxm. Clement. verb. *Universitati quest.* 2. per tot. & notarunt in *Can. in istis Bellon. num. 2. Roderic. Acunna n. 5.* quibus adherent *Fagnan. in cap. Treugas num. 48. & seqq. de Treuga, & de Pace, Pyring. in 5. lib. decretal. tom. 1. lib. 1. tit. 10. sect. 1. §. 5. Suarez de leg. lib. 3. cap. 19. nu. 4. Castropal. oper. moral. tom. 1. tract. 3. disput. 1. punct. 13. Sperell. decis. 15. n. 23. & seqq. & sequitur Rot. decis. 213. per tot. par. 1. recent. decis. 184. num. 4. par. 4. recent. tom. 2. & coram Priolo dec. 61. n. 2.*

24 Certi tamen juris est, quod prædicta conclusio procedit, quando inefficacia legis allegatur ex non acceptione, vel non usu; Secus autem, quando Summus Pontifex, ejusque Officiales longissimo tempore, cujusque initii non extet memoria, non curarunt usum, & praxim, cum tunc videantur ab ea lege tacite recessisse, uti originaliter, & articulo ad partes examinato sensit Præpositus in *Can. In istis §. Leges num. 1. & seqq. dist. 4.* & sequuti sunt Butr. in *cap. quia circa de consanguin. & affin. Gratian. discept. 559. num. 42. & seqq. Card. de Luc. de feud. disc. 4. num. 6. & seqq. Alden. ad Buratt. decis. 795. num. 9. Rot. decis. 361. num. 4. & seq. post secundum volum. consil. Farinacc.*

25 Limitatur secundo præfata conclusio, in casu quo adesset contraria lex foundationis; nimirum in casu quo Fundator disposuerit, de consensu Ordinarii, quod fructus beneficii vacantis reserventur successori, aut accrescant aliis beneficiatis; aut in casu, quo de consensu, & approbatione Summi Pontificis, apposerit conditionem in limine foundationis Cappellanæ, aut Beneficii, quod, non existente ullo habili ex vocatis, Cappellania semper remanere debeat vacans, usque quo habilis ex eis adveniret ad illam obtinendam & interim bona in dotem assignata eidem Cappellanæ possiderentur à Patronis etiam si per plures annos vacatura esset; tunc fructus præfati non spectarent ad Rev. Cameram, sed ad Personas à Fundatore designatas; cum conditiones fundamentales beneficiorum à legitimo superiore approbatæ, et si contrariæ juri, sint attendendæ; ex infra dicendis *Can. XXVII.*

ARGUMENTUM.

An in Beneficiis, seu Canonicatibus vacantibus de Jurepatronatus habeat locum optio?

SUMMARIUM.

- 1 Optio quid sit, & unde originem habuit? Vide ibi, & n. 2.
- 3 Optio ut habeat locum in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, quæ requirantur? Vide ibi, & num. 5. 7., & 8.
- 4 Optio in præbendis perpetuò distinctis est contra jus, in præbendis verò ad tempus distinctis est præter jus.
- 6 Optio introduci potest in præbendis etiam equalibus.
- 9 In Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, ubi omnes præbende sunt de jurepatronatus, vel ubi ex lege foundationis adest jus optandi, optari potest Beneficium, seu præbenda patronalis vacans.
- 10 Optio non habet locum in Beneficio, seu præbenda patronali vacante, nisi accedat consensus Patroni.
- 11 Male, & ignoranter optant præbendam, tenetur illam dimittere, & ad primam dimissam redire.
- 12 Optio habet locum in domibus, cameris, aut præbendis accidentaliter annexis Canonicatui de jurepatronatus, secus si ista sint perpetuò, & inseparabiliter annexa eidem Canonicatui, & n. 13.

CASUS V.

VAcato Canonicatu, seu præbenda Canonicali per obitum cujusdam Canonici in Ecclesia Cathedrali A, ubi omnes Canonicatus, præbendæ sunt distinctæ, & in qua viget jus optionis, Canonicus antiquior, qui possidebat Canonicatum, seu præbendam Canonicalem de jurepatronatus unà cum domo accidentaliter à Capitulo eidem Canonicatui annexa, illam optavit, dimisso Canonicatu, seu præbenda patronali, Canonicus verò antiquior optavit præbendam patronalem antiquioris, unà cum dicta domo, alius verò, qui eum statim consequitur, optavit præbendam dimissam ab antiquo, & sic de cæteris. Quæritur an hujusmodi optio sustineatur tum respectu Canonicatus, seu

seu præbendæ patronalis, tum respectu domus eidem Canonicatui accidenta-liter annexæ?

1 Pro intelligentia hujus quæstionis præsupponendum est optionem Canonicam nihil aliud esse, nisi jus quoddam compe-tens alicui Cathedrali, vel Collegiatæ, vel Collegio, ut Antiquiores gradatim præbendam vacantem, prima dimissa, intra certum tempus eligere possint. *Monet. de option. cap. 1. q. 2. Passerin. in d. cap. cum in tua de consuetud. in 6. num. 29. Cokier de permut. par. 2. cap. 20. nu. 1. Rot. dec. 240. num. 1. coram Thomat.*

2 Hujusmodi optio in aliquibus Cathedralibus, Collegiatis, aut Collegiis originem habuit, & fuit introducta non à jure communi, sed à consuetudine à jure communi approbata, vel statuto, vel privilegio Apostolico, vel ex lege foundationis, nimirum ex eo, quia Fundator Cathedralis, aut Collegiatæ in limine foundationis apposuerit conditionem à Summo Pontifice approbatam, quod Canonici gradatim secundum antianitatem possint optare præbendam vacantem, quam conditionem in limine foundationis utpote commendabilem apponi posse testatur *Card. de Luc. de benef. disc. 33. num. 3. & seqq. Rot. decis. 99. num. 25. par. 10. rec. Adden. ad Pamphil. decis. 190. num. 9. & dec. 644. n. 10. coram Duno. jun.*

3 Ad hoc ut optio habeat locum, & possit introduci aliquo ex supradictis modis in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, aut Collegiis, requiritur primò, quod in eis adsit certus, & determinatus numerus Canonicorum, seu Canonicatum, & quod præbendæ sint realiter, actualiter, & perpetuò inter se distinctæ, ita ut dos unius sit realiter, actualiter, & perpetuò distincta à dote alterius. Vel saltè requiritur, quod præbendæ sint ad tempus realiter, & actualiter distinctæ; e.g. quod Capitulum dividat ejus bona in tot præbendas, quot sunt Canonici, & unicuique Canonico assignet suam portionem, seu præbendam ad tempus, quo elapso iterum portiones, & præbendæ in commune reducantur; fiatque nova divisio, aliàs si in dictis Ecclesiis non adesset certus numerus Canonicatum, nec distinctio præbendarum, optio in eis non haberet locum, cum non daretur in hoc ca-

su vacatio præbendarum, prout requiritur. *Monet. de option. cap. 2. num. 2. & seqq. Passerin. in d. cap. cum in tua de consuet. in 6. num. 31.* Cum hoc tamen discrimine, quod in præbendis perpetuò distinctis optio est contra jus, quia per illam fit mutatio titularum præbendalium sine canonica institutione, dum Canonicus senior consequitur præbendam optatam propria auctoritate. *Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 38. nu. 16.* & ideo ad inducendam consuetudinem optandi in his præbendis requiritur spatium 40. annorum. In præbendis verò ad tempus distinctis est præter jus, quia per illam non fit mutatio titularum, sed retento eodem titulo solum mutatur præbenda temporalis, & ideo ad illam inducendam sufficit tempus 10. annorum. *Monet. ubi supra q. 2. num. 19. & seqq. & cap. 7. q. 1. num. 18. & seqq. Gonzal. super regul. 8. Cancell. gloss. 34. nu. 12. & seqq. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. n. 458. Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 6. §. unic. num. 3. Tondut. quæst. benef. cap. 110. nu. 3. & seq. tom. 1. Passerin. in d. cap. cum in tua de consuetud. num. 48. Rot. decis. 616. n. 3. coram Duno. jun.*

5 Requiritur secundò majoritas præbendarum, seu quod præbendæ sint inæquales. *Roman. cons. 487. incipien. legat. Testator, Gonzal. ubi supra num. 124.* sed hoc requisitum non est de illis, quæ dicuntur sine quo non, dum data etiam paritate præbendarum in eis introduci potest ex consuetudine jus optandi. *Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 6. §. unic. num. 4. Passerin. in d. cap. cum in tua num. 24. & seq.*

7 Requiritur tertio, quod præbendæ non sint reservatæ S. Sedi; Etenim si sunt reservatæ optari non possunt, juxta *Regul. 8. hodie 9. Cancell.* quæ excludunt consuetudines etiam immemorabiles, indulta, & privilegia Apostolica optandi majoris, & pinguiore præbendas, & impedit optionem, ibique *Gonzal. num. 1. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 450. Gratian. discept. forens. 62. num. 7. Tondut. quæst. benef. tom. 1. cap. 110. num. 6. Chokier. par. 2. d. cap. 20. num. 2. Rot. decis. 616. num. 2. coram Duno. jun.* Nisi optio competat ex lege foundationis, quia reservatio non comprehendit beneficia juris patronatus laicalis. *Card. de Luc. de benef. disc. 33. num. 3. Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. in prax. p. 1. annot. 6. num. 7.*

De-

8 Denique requiritur, quod optio fiat intra 20. dies; quod tempus 20. dierum currit simul omnibus optare volentibus à die scientiæ vacationis præbendæ, siue Canonicatus, non verò singuli Canonici, seu unus post alium habent 20. dies ad optandum, & casu quo Canonicus antiquior differat optare intra legitimum tempus, ita ut sit periculum nè illud labatur ad damnum juniorum, poterit junior sequens optare præbendam, quam ille optare debebat, & tenebit optio junioris in eventum quo antiquior intra tempus statutum non optaverit. *Monet. de option. cap. 5. q. 1. num. 3. & cap. 6. q. 1. num. 2. & seqq. Gonzal. super regul. 8. Cancell. glos. 34. num. 75. & seqq. Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 6. §. unic. nu. 6. & seq. Tondut. quest. benef. tom. 1. cap. 110. num. 5. Passerin. in d. cap. cum in tua de consuetud. in 6. num. 60.* Quæ omnia deducuntur ex *Text. in d. cap. cum in tua de consuetud. in 6. ibi -- Cum in tua Ecclesia (in qua consuetudo habetur, quod antiquiores Canonici gradatim meliores, si voluerint, possint cum vacante, per se, vel per alios optare præbendas) provideri mandamus alicui de præbenda nulli alii de jure debita: proximo inibi vacatura: hujusmodi non obstante mandato, poterunt ipsi antiquiores juxta consuetudinem eandem optare: cum præbenda vacabit: & illa, quæ optata non fuerit (si nulli sit debita) erit illi, pro quo scripsimus, conferenda.* In præbendis verò apud Sedem Apostolicam vacantibus, cum de ipsis per Romanum Pontificem ordinatur, locus prædictæ consuetudini non existit. Nè autem prætextu ejusdem consuetudinis, provisiones auctoritate Apostolica faciendæ, ultra debitum deferantur: statuiimus, ut executores super ipsis provisionibus deputati, optare volentes per viginti dies dumtaxat expectent: quibus elapsis libere in non optatis, ad exequenda sibi mandata procedant, præfata consuetudine non obstante.

9 His pro Tyronibus præsuppositis, descendendo ad propositam questionem, censeo respondendum, præfata optionem respectu Canonicatus, seu Præbendæ Patronalis ab antiquiore Canonico dimissæ non sustineri; Etenim quamvis in eis Ecclesiis Collegiatis, aut Cathedralibus, ubi omnes præbendæ sunt de jure patronatus, vel ubi ex lege foundationis

adest jus optandi, locum habere possit optio. Cum in hoc casu nullum adesset præjudicium Patroni; quia iste etsi non præsentaret ad præbendam optatam; præsentare nihilominus posset ad præbendam, quæ inoptata remanet; Tamen in casu præfenti, ubi in dicta Cathedrali non reperitur nisi unica præbenda de jure patronatus, quæ ex lege foundationis non est optabilis, respectu hujus præbendæ locum habere non potest optio, nisi ad sit consensus Patroni, siquidem ipsa impediret Patronum præsentare, & operaretur ut quis consequi possit beneficium de jure patronatus absque præsentatione Patroni, in tam grave hujus præjudicium, & contra dispositionem *Text. in Can. Decernimus, de quo Par. I. Can. V. & in præcis terminis tuetur Monet. de option. cap. 3. quest. 4. num. 112. ibi -- Quæro quartò an in beneficiis juris patronatus locum habeat optio? Respondeo quod non -- quem sequuntur Tondut. quest. benef. tom. 1. cap. 110. num. 7. ibi -- Quartò notandum est non esse locum optioni in beneficiis juris patronatus laicalis, aut mixti, nisi accedat consensus Patroni, aut ad sit in contrarium consuetudo legitime introducta, nempe per 30. annos contra laicum, & per 40. contra Ecclesiasticum -- Barbos. de Canonic. cap. 30. num. 25. Passerin. in d. cap. cum in tua de consuetud. in 6. quest. unic. art. 1. num. 87.*

Unde Canonicus ille antiquus, qui optavit hanc Præbendam Patronalem ab Antiquiore dimissam, debet illam dimittere, & redire ad primam Præbendam, quam dimisit, & dare locum Patroni præsentandi personam idoneam ad dictam Præbendam Patronalem, quæ per liberam dimissionem Canonici antiquioris vacavit; ad exemplum illius, qui malè, & ignoranter optans Præbendam Sedi Apostolicæ reservatam, tenetur eam dimittere, & ad primam dimissam redire, ad *Text. in cap. si beneficia de præben. in 6. ibique glos. verb. si beneficia, Passerin. num. 2. & seqq. Gonzal. super regul. 8. Cancell. glos. 34. n. 85. Calderin. conf. 6. de consuetud. Roman. conf. 329. incipien. Præsens sub num. 5. Passerin. in d. cap. cum in tua de consuetud. n. 55.*

Respectu verò domus accidentaliter annexæ eidem Canonicatui, seu Præbendæ Patronali, videtur pariter dicendum prædictam optionem non sustineri; quia hujus-

huiusmodi domus cum sit annexa dicto Canonatui fortitur eandem naturam. Rot. decis. 497. §. finali. coram Duno. jun. Unde sicuti optari non potest Canonatus de jure patronatus, ita nec domus huic annexa.

12. Ceterum hoc non obstante, veritas est, quod supradicta optio respectu hujus domus sit valida; Licet namque optio locum non habeat in Beneficiis, seu Canonatibus, & Præbendis Patronalibus, habet tamen locum in præbendis, vel domibus, seu cameris Canonicalibus, aut prædiis accidentaliter per Capitulum annexis eisdem Canonatibus Patronalibus, ut in terminis tuetur Passerin. in d. cap. cum in tua de consuetud. in 6. quæst. unic. art. 1. num. 87. ibi: Verum, & de istis beneficiis loquendo dicendum est, quod in præbendis illis beneficiis annexis accidentaliter optio locum habet; nam Patronus habet jus præsentandi ad beneficium, sed non habet jus ad hoc, ut præsentatus, & institutus habeat banc, vel illam præbendam ex illis, quæ accidentaliter annexæ sunt beneficio, & ideo

in huiusmodi præbendis, quæ sunt juris ipsius Capituli locum habet Capituli dispositio, & sic locum habet Capituli consuetudo, ut huiusmodi præbendæ pinguioribus per Antiquiores optari possint.

13. Non obstat, quod dicta domus sit annexa huic Canonatui; adeoque quod sortiatur hujus naturam, quia non est ei annexa perpetuo, & inseparabiliter, quo casu certò equidem optio, nec respectu illius permitteretur, sed est annexa accidentaliter, & revocabiliter, ita ut possit ab uno, vel altero Canonatu separari, licet hæreat juri spirituali Canonice; quo casu bene compatitur cum jure optandi, juxta distinctionem, quam inter utramque annexionem ponit Card. Zabarell. conf. 126. num. 4. quem sequuntur, & approbant Rot. apud Cassad. decis. 17. num. 2. de præben., & decis. 281. par. 2. apud Caputaquen. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 34. nu. 32. & seqq. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 457. & seqq. & alii apud Rot. in Mediolanen. optionis 29. Aprilis 1711. §. Verum coram R. P. D. Falconerio.

C A N O N X X V I.

A L E X A N D E R I I I.

Abbati Sancti Alberti.

Consultationibus. Et infra: Si aliquis Clericus ab Ordinario Judice in Ecclesia fuerit institutus ad præsentationem illius, qui ejusdem Ecclesiæ credebatur esse Patronus, & postea Juspatronatus alius evicerit in judicio, institutus non debet ab ipsa propter hoc removeri, si tempore præsentationis suæ, ille, qui eum præsentavit, Juspatronatus Ecclesiæ possidebat, cum ex hoc ei, qui de jure debet habere, nullum in posterum præjudicium generetur, si verò non possidebat, sed tantum credebatur esse Patronus, cum non esset, poterit ab eadem Ecclesia removeri.

C O M M E N T A R I U M.

EX hoc Canone, qui in decretalibus legitur in ordine il 19. sequens deducitur conclusio.

PRÆSENTATUS AB EXISTENTE IN POSSESSIONE PRÆSENTANDI ANTE VACATIONEM BENEFICII EST INSTITUENDUS,

Par. II.

Kkk

DUS,